

8

**3.728**

# LECCIONES ESCOGIDAS

DE LATINIDAD,

DISPUESTAS

PARA ENSEÑAR PRÁCTICAMENTE  
las teorías y reglas de la gramática, y el modo  
de aplicarlas y comprobarlas, y las locuciones,  
modismos y frases, y el artificio, inversiones y  
figuras de la lengua latina.

Y FACILITAR LA TRADUCCIÓN É INTELIGENCIA  
DE LOS AUTORES CLÁSICOS,

CORREGIDAS Y NUEVAMENTE REFORMADAS

POR SU AUTOR

## DON PLACIDO MARÍA ORODEA.

---

SÉTIMA EDICIÓN.

---

VALLADOLID :

Imprenta de D. Julian Pastor, 1856.

# ALIOVNOBII LIBERI

## ACADEMIA LEC

EXTRACTUS

ATRIBUITA ET AERATA AB AN  
obam in e. continet al. omnesq; et antiqui est  
resonans q; extensissima et admodum ab  
e. amplitudine et. exaltatione et. levitate  
eximis et. subtilis et. oblongis.

*Ea est puerorum indoles, ut a facilioribus ad  
difficillima ruant. Vives.*

*Excitat eos magnitudo et varietas doctrinarum.  
Cic.*

*Partes elegeris; non Auctores modo! Quint. Om-  
nia enim breviora reddet ordo et ratio et modus.  
Quint.*

*Longum per precepta, breve per exemplum iter.  
Quint.*

Este libro, declarado por el  
Consejo de Instrucción pública  
útil para servir de testo en  
los Institutos del Reino,  
está adoptado en la mayor parte  
de ellos para la enseñanza de los  
elementos de traducción del latín  
al castellano, con el mas feliz  
éxito, tanto en las escuelas públi-  
cas, como en las particulares.

---

*Es propiedad de la viuda y herederos  
de su autor, que perseguirán ante la ley  
al que le reimprima sin su licencia. Los  
ejemplares legítimos llevan su firma y una  
contraseña particular.*

---

**A LOS BENEMÉRITOS  
CATEDRÁTICOS É ILUSTRES PROFESORES DE  
LATINIDAD.**

**SEÑORES:**

*La benigna y favorable acceptación que Umds. dispensan á este librito, y el particular desvelo que manifiestan, en despertar el gusto hacia unos estudios bien descuidados por desgracia entre nosotros, son los poderosos motivos que me han compelido á dedicar á Umds. este corto fruto de mis tareas y de mi afición á la lengua latina.*

*Las sólidas bellezas de esta lengua contribuirán siempre á que se conserve como un monumento de gloria y de grandeza humana, y harán que los escritores latinos sean en todos tiempos nuestros maestros y legisladores en literatura y bellas letras, porque su elocuencia y poesía no encuentra en los siglos posteriores, apesar de sus grandes progresos, cosa alguna que pueda ser comparada, en medio de la cultura y perfección de los idiomas modernos. El gusto puro de la lengua latina es exclusivamente propio, inimitable y casi divino. En la lengua de Ciceron y de Virgilio han encontrado la fuente del buen gusto nuestros insignes literatos y los grandes poetas de la antigüedad y todos nuestros célebres oradores.*

*En el siglo de nuestro saber era*

*mengua, era vergüenza no haberse familiarizado con los clásicos latinos hasta saberlos casi de memoria.* Fr. Luis de Granada y de Leon, Chaide, Mateo Aleman, Mendoza y Moncada, Feijoó Mariana, Solís y el inmortal Cervantes, poseyeron con particular ingenio y maestría el idioma del Lacio y sacaron de él los quilates del buen gusto con que enriquecieron despues nuestra lengua y literatura nacional.

*Las ciencias que perfeccionan el entendimiento y embellecen la imaginacion, son las primeras que deben enseñarse á la juventud. Así pues, espero que, al paso que Umds. se dignan, Señores Catedráticos y beneméritos Directores de la juventud, recibir este corto obsequio, que gustosamente les ofrezco en testimonio de mi gratitud á sus reite-*

radas pruebas de benevolencia y estimacion, continuaran en el empeño de excitar por todos medios la aficion en sus discípulos hacia la bella literatura y perfecto conocimiento de la lengua latina, inculcándoles el consejo (que daba Horacio á los Pisones con relacion á la griega) de estudiar los modelos clásicos asiduamente noche y dia, y teniendo siempre presente esta máxima del orador romano: Nullum munus reipublicæ afferre majus meliusve possumus, quām si docemus atque erudimus juventutem. Cic. de orat.

## DISCURSO PRELIMINAR.

**L**a claridad, energía, naturalidad, concision y propiedad de una lengua no puede conocerse en un solo genero de estilo, sino en la serie variada y multiforme de cláusulas de diverso tono y lenguaje.

Partiendo de este principio he puesto primeramente ejemplos latinos de todas las especies de oraciones, proponiéndome dar en ellas desde el principio una idea clara de la propiedad del lenguaje, hipérbaton sencillo y variedad del estilo y de las demás circunstancias y accidentes que nos presenta la lengua latina ya perfeccionada, valiéndome de las expresiones y frases de los autores clásicos de mas mérito. Al lado de los perioditos cortos he colocado tambien otros mas numerosos que manifiestan la lozania, robustez y elegancia de sus locuciones y su delicada construccion y estructura. En todo este tratado no hay mas que expresiones puramente latinas y frases pro-

pias con la ventaja de que los modos y giros de las oraciones están muy variados y autorizados con el testimonio de los clásicos, faltando otros que usan algunos autores, y no se encuentran sino en los libros de baja latinidad. Ademas he intercalado varias fábulas de Fedro en verso y he puesto despues un tratado de idiotismos llamados comunmente *particulas*, (1) y otro de sintaxis práctica, natural y figurada, compuestos de ejemplos tomados de los autores clásicos latinos, para que acostumbrados los niños á fuerza de repetidos ejemplos á las construcciones de la lengua, no las estrañen cuando se les presenten otras semejantes: en ellas, guiados por sus maestros, podrán notar y observar las operaciones analíticas de concordancia, régimen y construcción natural y figurada. El objeto que en esta combinacion de cláusulas de diverso estilo y lenguaje me he propuesto en cada regla, es dulcificar la aridez del estudio y principalmente allanar el

(1) Cuando el *Mentor*, el *Educador*, el *Se-  
manario de instrucción pública*, el *nuevo Censor* y  
otros periódicos de literatura han hablado de este  
tratado de *particulas*, le han considerado de grande  
mérito y utilidad en las aulas y de esquisito gusto  
y sabiduría.

caminio escabroso que encuentran los niños cuando se les pone á traducir por primera vez en los clásicos latinos; en los que, aun eligiendo algunos de los mas sencillos en su estilo, como son Nepote, César, Fedro, &c., no se puede prescindir de la dificultad que ofrece el hipérbaton y demás inversiones usuales en este idioma, como tampoco de los idiotismos, frases y otras locuciones, que exigiendo una versión mas ó menos libre, y mas conocimientos que los que tiene un niño cuando principia á traducir, fatigan á este inútilmente con pérdida de tiempo y de trabajo. Pero como los autores de Lacio no nos pudieron dejar obra alguna escrita, de modo que desapareciesen los mencionados inconvenientes, se ve claramente la necesidad de redactar, de exprofeso, un libro que, reuniendo ejemplos repetidos de las diferentes clases de oraciones y tambien de sintaxis latina, (1) pueda conciliar á un tiempo dos ventajas, una el aprender por

(1) Para conocer el gusto y artificio de una lengua, dice Noel, es necesario comparar entre sí las locuciones de diversos autores y aun ponerlos en contradiccion consigo mismos. El seguir y tomar el estilo de uno solo es exponerse á ignorar el de todos los demás.

uso el significado de muchas palabras latinas, y otra el comprobar con los ejemplos que vaya traduciendo, toda la doctrina grammatical que aprendió en las reglas. Este y no otro ha sido mi objeto, y para conseguirlo, no he omitido medio alguno de los que estaban á mi alcance, ya buscando ejemplos adecuados, que he tomado en gran parte de los autores latinos, ya simplificando estas lecciones en cuanto al lenguaje que he reducido casi al orden natural de la enunciacion lógica. Ellas, como se ve, no son mas que un ensayo preliminar de lo que han de encontrar los niños en los autores de pura latinidad (1). Acostumbrados por el repetido ejercicio á todas las locuciones y figuras del lenguaje, y versándoles con las mismas oraciones y frases que se les presentan en las dificultades de la lengua, traducirán y analizarán los clásicos, conocerán sin dificultad las reglas de la sintaxis latina, harán las mas útiles aplicaciones de ellas y tendrán con este ejercicio vencida gran parte de las

---

(1) Rollin decia: «el mejor modo de enseñar es hacer conocer por el carácter y principios de un libro el fondo y sabiduría de todos los demás; esto es; por un libro saberlos todos.»

dificultades que no se evitan de otro modo. Es muy fácil conocer, que tratando de disponer á los jóvenes con este ejercicio preliminar á manejar los autores clásicos, debemos valernos de un libro en que se contengan sus frases mas usuales é inversiones mas frecuentes; pero que con una exposición sencilla prepare á los niños á entenderlas con la misma dificultad en que ellas están concebidas. Presentando el híperbaton sencillo y poco difícil á los principiantes, hacen estos sin molestia sus oídos á las expresiones latinas, y conservando las que usan los mejores autores, reprobarán las voces duras y aprenderán de memoria el significado propio que corresponde á las buenas, pudiendo con este ejercicio pasar confiadamente á la versión de los autores de Lacio (1).

Habiéndome propuesto no usar de otras locuciones que las contenidas en los clásicos, de sus mismas palabras y expresiones, he elegido los mejores y he presentado sus frases, inversiones é idiotismos con la mayor sencillez. Ademas he puesto al pie de

(1) Es necesario considerar á los autores clásicos como los legisladores del buen gusto, pues que son los patriarcas de la lengua.

las llamadas oraciones, la traducción práctica de la primera cláusula latina de cada regla, para facilitar la de las otras y la significación de las partículas en sus diversas acepciones y algunas observaciones sobre la sintaxis.

Finalmente, deseoso de manifestar á los niños toda la gracia, hermosura y belleza de la lengua latina, he extractado algunos armoniosos versos de Ovidio y he elegido aquellos que por su sencillez y buena construcción den á conocer el giro poético y sus locuciones peculiares y legítimas. Así pues, tendremos el cuadro completo de la lengua latina en prosa y verso. El argumento del testo expresa los sentimientos puros de la moral filosófica, del corazón y de la fantasía y algunas máximas de religión (1) y lecciones de la historia.

(1) Los profesores de latinidad deben enseñar á los niños los sanos principios de la moral y religión cristiana, haciéandoles leer todos los sábados un tratado del *Compendio del Catecismo explicado por un Presbítero exclastrado*, libro corto y barato, lleno de sabias y claras reflexiones y de evidente utilidad y necesidad en el día, porque no basta hacerles estudiar y repetir como papagayos (valiéndome de una comparación vulgar) la doctrina del *Catecismo*; lo que interesa, es que la entiendan

Los beneméritos Profesores que han adoptado este librito y han consumido seis grandes ediciones, confiesan su utilidad y necesidad. Yo no podía creer que tuviese una aceptación tan general y constante, aun cuando sabía que Quintiliano y el Brocense aconsejan á los Profesores «que extracten de los autores clásicos aquellos ejemplos que además de comprobar las reglas de la gramática, inspiren á los niños el buen gusto de la lengua latina, y después les manifiesten la ilación, plan y enlace del estilo y les enseñen á imitarle.» Pero viendo ahora que el consejo de tan respetables maestros y de tan juiciosos críticos sirve de norte á los Profesores de latinidad, me he dedicado á reformar y corregir los primeros ensayos y componer estas lecciones escogidas de latinidad sobre el principio filosófico que establecieron aquellos dos humanistas españoles tan justamente venerados en todo el orbe literario, con el único fin de dulcificar las ár-

y conozcan por principios y de este modo la amen, la sigan, la practiquen y la despiadan por convicción, no por fanatismo. San Pablo manda que la religión se enseñe de este modo.

duas y penosas tareas de los maestros y de los discípulos y con el de enseñar la hermosa lengua de Lacio con sencillez y facilidad y economizar tiempo y trabajo.

*Vive, vale: si quid novisti rectius istis,  
Candidus imperti: si non, his utere mecum.*



## ORACIONES (1)

DEL VERBO SUSTANTIVO LATINO *Sum*,  
*Es*, *Fui*.

Tendimus in Latium. Virg.

### PRIMERAS DE SUM.

**D**EUS est auctor rerum omnium. Jesus Christus est filius Dei. Spiritus Sanctus est Deus cum patre et filio.

Natura Dei est optima et præstantissima. Prudentia Dei est magna. Mira est Dei bonitas et dulcissima charitas.

Homo est præcipuum opus Dei. Virtus est proprium atque unicum hominis bonum. Fundamentum omnium virtutum est pietas in Deum.

Ratio et veritas accommodatissima sunt naturæ hominis. Itaque homo à ratione et veritate alienus tamquam cæcus semper fuit.

Nulla sancta tranquillaque erit societas sine

---

(1) Las oraciones de *sum* se traducen por los verbos sustantivos de la lengua española *ser*, *estar*, y *haber*. v. gr. DEUS DIOS EST *es* AUCTOR el autor RERUM OMNIUM de todas las cosas.

religione. Honos justitiae et sanctitatis præclarissimus est in omni vita. Religio et justitia fundamenta reipublicæ optima sunt & firmissima.

Scientia est pabulum animi. Litteræ sunt præsidium reipublicæ. Libri semper erunt gratissimi vobis. Otium sine litteris mors est et sepultura hominis vivi. Grammatica est scientiarum utilissima. Grammatici olim fuerunt nobilissimi.

Eloquentia fuit quondam præclarissima Philosophia non solum est utilis, verum necessaria etiam publicæ tranquillitati. Ea verò conciliatrix est humanæ maximè societatis.

Demosthenes vir fuit clarissimus. Virgilius et Horatius fuerunt Augusto cari. Haec extrema fuit ætas imperatorum atheniensium.

Religiosus juvenis est utilis sibi & patriæ. Puer studiosus erit carus omnibus.

Vos autem, carissimi discipuli, et religiosis et litterarum amantissimi semper estote.

### SEGUNDAS DE SUM, ES, FUI. (1)

Nulla unquam respublica est sine aliqua religionis specie. Nemo igitur vir magnus sine pietate quadam aut bonis moribus fuit.

---

(1) Las segundas de *sum* se traducen por los correspondientes *ser*, *estar* ó *haber* segun el sentido, v. gr. RESPUBLICA NULLA *ninguna* república EST USQUAM *hay en parte alguna* SINE SPECIE ALIQUA RELIGIONIS *sin alguna especie de religion*.

Omnipotentia, immensitas, sapientia, justitia, misericordia in Deo sunt.

Mira quædam est in historia suavitas et delectatio. Ornamenta eloquentiae in elegantissimis argumentis et exemplis sunt.

Profectò virtus et sapientia major in antiquis civitatibus fuit, quam in populis aut urbibus nostris.

Per multi oratores antiquitùs erant Romæ. In hoc fuit tūm numero clarissimus Cato.

Crassus magnæ auctoritatis in romanis fuit. Nulla enim lex, neque pax, neque res illustris est populi romani nisi in eo tempore suo. Nam mens, ratio et consilium in senibus est. Tunc erat quoque bona opinio de Plancio, de M. Catone et G. Lelio.

## CON TIEMPOS DE OBLIGACION

### ó CON DE (1).

Roma futura fuerat civitas longè opulentissima. Boni cives futuri sunt utiles et regi et patriæ. Augustus futurus fuerit maximè ju-

---

(1) Estas oraciones son iguales á las anteriores, con la diferencia de añadir el participio *futurus a, um*, antes del verbo *sum*. Se traducen con los tiempos correspondientes en español de los verbos *ser, estar, haber ó haber de haber*: v. g. ROMA **Roma FUTURA FUERAT** *habia de haber sido CIVITAS una ciudad LONGÉ O PULENTISSIMA muy rica.*

ris peritus. Lentulus futurus erat carissimus vobis. P. Crasus amicissimus futurus esset Milionis nostri. Magnus etiam futurus fuit virtutis et amicitiae fructus in calamitatibus. His temporibus Cæsar quoque futurus fuit imperator egregius.

### SEGUNDAS DE SUM. (1)

Religio futura est maximæ auctoritatis. Nulla civitas, neque populus, neque gens unquam futura est sine aliqua religione. Fundamentum et pacis et virtutis et otii non in legibus tantum, sed in bonis etiam moribus semper futurum fuit.

Eloquèntia olim in summo honore futura fuit. Amplissimi tunc viri futuri erant et Romæ et in Græcia et in Italia. Nulla umquam civitas antea futura fuit sine scientiis et artibus. Laus quoque maxima et in grammatica, et in historia, et in eloquèntia, in poësi et in juris civilis scientia futura fuerat. (2)

---

(1) Obsérvese en la traducción la regla ó advertencia anterior: v. gr. RELIGIO *in religion* FUTURA EST ha de ser AUCTORITATIS MAXIMÆ de muy grande autoridad.

(2) En estos ejemplos que son de Ciceron, he añadido el participio *futurus* para formar las cláusulas en los tiempos de obligación.

## SUM CON INFINITIVO. (1)

Credo Deum esse omnipotentem. Dico igitur providentiam Dei esse necessariam rebus omnibus. Ex mundi totius varietate et pulchritudine facilè intelligo magnam esse vim et magnitudinem rerum caelestium. *¿Anne intelligemus omnia supera esse meliora?* Et tamen ex ipsa hominum natura esse aliquam mentem et eam quidem acriorem et divinam existimare debemus.

Ex litteris tuis intellexi te esse in valetudine. Sensi ego tum omni aetati mortem esse communem. Semper in animo habui te esse infirmum.

Romulum accepimus fuisse suis temporibus probatissimum. Fama est Augustum fuisse peritissimum rei civilis. Cato significavit se esse amicissimum Ciceroni. Darius dixit se esse hostem Atheniensibus.

## SUM CON RELATIVO. (2)

Nemo est, qui sit tam vecors, ut sentiat

(1) El infinitivo es un modo del verbo que no tiene inflexión personal, y se traduce como las oraciones de conjuntivo ó subjuntivo en español: v. gr. *CREDO yo creo DEUM que Dios ESSER es OMNIPOTENTEM Omnipotente.*

(2) Estas son enteramente iguales á las llanas, y se traducen como las primeras de *sum*.

Deum non esse. Ratio, quæ naturalis nobis est, spiritualis ac veluti divina est. Sunt autem qui naturam censeant esse vim quamdam sine ratione. Ego vero, qui non sum tam amens, sine litteris aut arte clarissimè video mundum per se esse inertem, consilioque ac providentia gubernari. Omnia profectò, quæ sunt in mundo, declarant Deum esse.

Hæc est insula, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio. Oppidum, quod erat Amani caput, fuit altissimum. Castellum, quod tutissimum fuit militibus receptaculum, in maximis angustiis erat. Dignus est memoria Miltiades, qui fuit imperator egregius. Milites, qui sunt fideles patriæ, dignissimi sunt laudis atque præmiorum. In his cohortibus, quæ erant in statione ad portas, Petrejus fuit.

Amicitia, quæ est mihi tecum, parentibus jucunda fuit.

## ORACIONES DEL VERBO ACTIVO

### TRANSITIVO EN LA VOZ ACTIVA Y PASIVA. (1)

Deus ipse omnem hunc mundum regit. Deum agnoscimus ex operibus ejus. Deus colitur &

(1) En español se traducen con las voces activas y pasivas de sus verbos transitivos. v. gr. DEUS IPSE el mismo Dios REGIT gobierna MUNDUM HUNC OMNEM todo este mundo.

placatur pietate. Omnes homines religione mo-  
ventur.

Providentiā Dei mundus administratur.

Pietatem tu exerce, puer, et virtutem: vir-  
tus enim & amicitias conciliat & conserbat.

Pomponius Atticus equestrem obtinuit dig-  
nitatem. Hic, prout amabat litteras, omnibus  
doctrinis filium suum erudivit. Itaque incita-  
bat omnes studio suo. Idem poemata pronun-  
tiabat et græcè et latinè. Eum præcipue dile-  
xit Cicero.

Legati ab Atheniensibus missi sunt. Hanc  
quoque legationem suscepit Themistocles. Hic  
et mari et terrā magnum confecit bellum.  
Sibi ipse peperit maximam laudem. Quis tan-  
cem illum exsuperavit unquam? Athenienses à  
generoso duce liberati sunt.

Miltiades insulas redegit sub potestatem  
Atheniensium. Pontem fecit in Istro flumine,  
quā copias traduceret. Ibi custodes reliquit  
principes. Nam eos secum ex Jonia et Eolide  
duxerat, quibus singulis ipsarum urbium per-  
petua dederat imperia. Hic, nisi, victor, pace  
bellum mutavit. Labor vincit omnia; at nos  
laborem amemus.

---

Invenit Calvus fortè in trvio pectinem.

Ostendit alter prædam et adjecit simul:

Carbonem, ut ajunt, pro thesauro invenimus.

## RECÍPROCAS. (1)

Pompejus recepit se in portum, atque biduo  
se in castris tenuit. Milites in fugam sese con-  
jiciunt. Luterius vero ad amicitiam se contulit  
Cæsar. Multa enim is cum benignitate se  
gesserat. Quintus Catulus se in libertate po-  
puli romani recreaverat. Antonius se cum hos-  
tibus comparavit. Reliquæ copiæ sese Cesari  
dediderunt. Maximè quisque sese defenderat.  
Lucretius et Actius de muro se dejecerunt.  
Omnis homo amat se ipsum et suas partes.  
Stultissimus quisque tantummodo laudat se.  
Virtus autem à se ipsa defenditur.

Qui se committit homini tutandum improbo,  
Ausilia dum requirit, exilium invenit.  
Humanitati qui se non accommodat.  
Plerūmque pœnas oppetit superbiæ.

## Segundas del verbo transitivo en activa y pasiva. (2)

In mundo Deus regit, gubernat: cursum  
astrorum, mutationes temporum, rerum vicis-

---

(1) Se traducen con las correspondientes recíprocas de la lengua española. v. g. POMPEJUS Pompeyo RECEPIIT SE se acogió IN PORTUM al puerto.

(2) Se traducen como las primeras de activa; v. gr. DEUS Dios REGIT rige, GUBERNAT gobierna IN MUNDO en el mundo.

situdines, ordinesque conservat, hominum comoda, vitasque tuelur. In toto orbe terrarum colitur et adoratur Deus.

Studia litterarum delectant domi, non impedium foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Sapientia labore comparatur.

Miltiades parvâ cum manu conflxit. Sic unius viri prudentiâ Grecia liberata est, Europæque succubuit Asia. Cæteræ vero insulæ redigebantur sub Atheniensium potestatem. Societas enim facta fuerat cum rege Persarum ad Græciam opprimendam.

Themistocles propter multas ejus virtutes magna cum dignitate vivebat.

Ad rivum eumdem Lupus & Agnus venerant.  
Repulsus ille veritatis viribus,  
Ante hos sex menses malè, ait, dixisti mihi.  
Respondit agnus: Evidem non natus eram.  
Pater herculè tuus, inquit, male dixit mihi.  
Hæc propter illos scripta est homines fàbula,  
Qui causis fictis innocentes opprimunt.

Periclitatur magnitudo Principum.  
Minuta plebs facili præsidio latet.

### CON DE Ó EN TIEMPOS DE OBLIGACION. (1)

Themistocles gesturus fuit res magnas et

(1) Se traducen con los romances *de* y *de haber*: v. gr. THEMISTOCLES Temistocles GESTURUS FUIT hu-

terrâ et mari. Populos vero multos non tam armis, quâm prudentia devicturus erat. Græciam quoque liberaturus fuisse totam. Itaque ab Atheniensibus donandus fuit magnis muneribus. Multum in terra dimicaturus fuerat. Huie itaque magnus honos habendus est. Copias, quibuscum bellum gesturus erat, ex castris trajecturus fuit. Hostes enim ex patria propulsandi erant. In omnibus negotiis adhibenda est præparatio diligens.

Omnis oratio habitura est verborum puritatem, elegantiam atque nitorem. Eloquentiæ dignitas laudanda nobis est. Grammatica in pueritia vehementer ediscenda est. Non negligenter hæc tota res à vobis consideranda erit.

Vir litteratissimus magnum ubique fructum ex sapientia sua percepturus fuit. Omnis autem voluptas ex litteris aut bonis moribus capienda est.

### IMPERSONALES. (1)

Nunc tractatur de bonitate Dei. Sæpè à nobis de pietate disputabatur. At de summa ejus majestate modò agitur.

---

*bo de hacer RES MAGNAS cosas grandes ET MARI ya por mar ET TERRA ya por tierra.*

(1) Se traducen en español, como lo indican las terminaciones latinas: v. gr. NUNC TRACTATUR ahora se trata DE BONITATE DEI de la bondad de Dios.

Potius obediendum est Deo quām hominibus.

Summis olim viribus pro cuiusque securitate pugnatū est. Tali autem dum pugnatur modo, de nostra communī omnium salute agitur. Magna vi certabatur. De civium militumque salute desperatum est. Ita nobis nunciatum erat.

Apertè disputatum est de litterarum utilitate atque à nobis omnibus dictum et pronuntiatum est de re tanta his verbis: *Sapientibus prospiciendum est in omni repùblica.*

**M.** Dicendum est mihi à te, Attice, quanta fuit autoritas in A. Cecilio.

**Att.** Jam ante de illo disputatum est. Veni igitur, quæso, ne stultissimè de hac re disceptetur.

**M.** Perlibentè (nam mihi nunciatum modò est) audivi te esse familiarem A. Cecilio.

**Att.** Sed meherculè, uti tibi dictum est, quām sæpiissimè ad illum litteras misi. At minimè jocandum est; ego vero neque familiaritatem, neque amicitiam ullam cum illo habui. Verissimè autem loquendum est.

**Att.** Turpissimis cupiditatibus firmissimè resistendum est; et vero nulli erit nocendum.

**Att.** Rectè quidem dicis: sed à te primùm consulendum est famæ tuæ.

DE RELATIVO Y HECHAS  
POR PARTICIPIO. (1)

Nemo nos amat, qui te non diligat.

Nemo, qui veram gloriam consecutus est, insidiis & malitia laudem adeptus est. Fortes igitur & magnanimi habentur non qui faciunt, sed qui propulsant injuriam. Etenim, qui ex errore imperitae multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Sunt autem aliqui, quos magis diligamus, et à quibus diligamur. Officium hanc primum habet viam, quæ naturam conservat & animum. Multi tamen sunt, qui in voluptatibus vitam agunt. Altera vitæ pars in appetitu posita est, quæ hominem huc et iluc rapit, altera in ratione, quæ docet et explanat cujuscumque officia.

Magna senectus non habet eam quam laudamus suavitatem. Ea est solùm jucundissima amicitia, quam similitudo mortali conjugavit. Quos amamus, eos amiciùs, quam verius laudamus. Qui vero victor pacem diligit, is profectò declarat animi magnitudinem. Vos appello, qui magnas divitias semper habuistis.

Cares, qui tunc Lemnum incolebant, ex insula demigrarunt. Miltiades Asiam incolentes sub sua potestate retinuit. Insulas, quæ barbaros adjuverant, bello persequitur. Nulla un-

---

(1) Se traducen como las primeras de activa: v. gr. NEMO ninguno AMAT NOS nos ama QUI que NON DILIGAT TE no te estime ó aprecie.

quam fuit victoria, quæ cum prælio Maratho-  
nio possit comparari. Classem Athenienses Mil-  
tiadi dederunt, qui magnam his gloriām fue-  
rat consecutus. Talenta, quæ ab Athenien-  
sibus acceperat, militibus donavit. Huic Mil-  
tiadi, qui Athenas totamque Græciam libera-  
vit, magnus horos tribulus fuit. Qui, cum  
multa bella gessisset, totum orbem pacavit.  
Postea conservavit insulas, quas vi expugna-  
verat. Perpetuam retinuit dignitatem, quam  
per bonitatem obtinuerat.

Quos deprendit, Petrejus interficit. Pompe-  
jus eadem illa, quæ per Scipionem ostenderat,  
agit. Bonores per virtutem adeptos non cum  
pecunia tentavit. Classem, quam comparave-  
rat, in Græciam trajecit.

Æsopus auctor quam materiam reperit,  
Hanc ego polivi versibus senariis.

Consilia qui dant prava cautis hominibus,  
Et perdunt operam, et deridentur turpiter.

### RELATIVO CON DE. (1)

Is, qui confecturus est bellum, classem pri-  
mum ornare debet. Imperator reportaturus vic-

---

(1) Las oraciones de relativo con *de* no nece-  
sitan explicación particular, teniendo presente lo  
que hemos dicho de las de activa con tiempos de  
obligación y de las anteriores de relativo.

toriam comparabit copias magnas. Dux acriter propugnaturus maximam virtutem apud milites diligentè ostendet. Rex pacem imperaturus tutissimam bellum parabit.

Annibal ex Asiâ perventurus in Hispaniam profectus est. Castra movit, quæ in campis non collocanda erant. Civitatem Spartanorum occupavit capiendam ab hostibus.

Cæsar in Galliam perventurus Ambraciam versus iter facere cœpit. Provincias ab Ephoris occupandas pacavit. Naves in Asiam trajicendas instruxit. Copias movit in acie collocandas. Omnia in bello administranda diligentissimè præparaverat. Milites, quos secum trajecturus erat, civitatibus præsidio misit. Oppida, quæ ab hostibus occupanda fuerunt, brevi müniverat.

Legati, quos Athenienses missuri fuerunt, pacem petebant. Litteræ, quas legati recitaturi erant, permolestæ Miltiadi essent.

Amicus amicos habiturus non eos minus diligat, quam se ipsum. Ipsa virtus amicitiam gignit & continet nulla vi, nullaque varietate mutandam. Homines amaturi et patrem et matrem et amicos maximum fructum percipient ex virtute. Virtus enim et conciliat amicitias, et conservat.

### VERBOS DE LENGUA. (1)

Legati dicebant milites irrupisse castra. Pu-

---

(f) Se traducen con las de conjuntivo en español: v. gr. LEGATI *los embajadores* DICEBANT *diciían* MILITES *que los soldados* IRRUPISSE *habían acometi-*

taverant enim exercitum adventare cum Miltiade. Dixerant se de illa re litteras accepisse. Memorant se fugam arripuisse.

Anaxagoram ferunt, nunciata morte filii, dixisse: *sciebam me genuisse mortalem*. Scriptum est mihi te in febrim incidisse. A Patre tuo, viro amantissimo, dictum fuit mihi te esse in valetudine. Ex litteris intellexi te nihil commissurum esse temerè. Credebam te nullas ad me litteras afferre calendis aut nonis. Dixisti de ea re tabellarium ad me misisse.

Miltiades dixit se magnâ commoveri lætitia. Putabat enim se amplissimos consecuturum esse honores. Insulas se captum ire dicebat. Sic enim putavit facillimè se Græca lingua loquentes sub sua retenturum potestate. In concione recitavit se multa bella gessise.

Elpinice negavit se passuram Miltiadis progeniem in vinculis interire. Lentulus sententiam pronuntiaturum se omnino negavit. Mar-

---

do CASTRA los campamentos ó los reales. Pero si los sujetos del verbo determinante y determinado son unos mismos, se traducen con los romances de infinitivo español en primera voz. La tercera voz en los verbos de lengua se traduce con romances de primera, si son unos mismos los sujetos de los verbos, y si no lo son, se traduce con las terminaciones *ra*, *ria*. v. gr. *Tuas litteras á Marione putabam me accepturum*; se traduce así: PUTABAM yo pensaba ME ACCEPTURUM (*suple ESSE*) recibir ó que recibiría LITTERAS TUAS tu carta á MARIONE de Marion ó por Marion.

cellus verò passurum se in præsentia negat. Philosophi negant quemquam virum bonum esse nisi sapientem. Plato negavit ullam in sapientem vim esse fortunæ.

Dicitur Alexandrum vicesse Darium. Pompejum dicunt occupavisse vi Siciliam. Fama erat imperatorem in Hispaniam proficisci.

Scio quòd virtuti non sit credendum tuæ. Sylla, cum Hispanos & Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset. Attigit quoque poeticen Aticus, credimus, ne ejus expers esset suavitatis. Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, silentium. (1)

## IMPERSONALES DE INFINITIVO. (2)

Præstat in egestate vivere quām in honeste. Expedit nobis pravis resistere cupiditatibus. Magis convenit à libidinibus arceri, quām vi-  
tiis atque voluptatibus recreari. ¡Quām placet litteris delectari!

Non poterat pugnari à militibus. Dubitari

---

(1) Estos últimos modos son muy raros en los clásicos.

(2) Se traducen por el mismo estilo que las otras impersonales de que hemos hablado, con la diferencia de llevar tambien un infinitivo que algunas veces viene bien traducir en tiempos con de en español : v. gr. PRÆSTAT es mejor VIVERE vivir IN EGESTATE en la pobreza QUĀM INHONESTÉ que deshonestamente.

profectò non poterat, milites non esse paratos ad pugnam. Negari non potuit, cum evenisset, ita factum esse. Sic enim ab omnibus nuntiantum esse dicitur. Non jam de bello agendum esse dicebatur. Et in terra dimicari magis placebat. Ut vero ex litteris ad senatum referretur, impetrari non potuit. Nunciatur sine illis de compositione agi non posse. Itaque tantà est contentione actum, quantà agi debuit. Ex quo intelligi potest de pace solum loquendum sibi esse.

Quemadmodum accidisset, potuit animadvertisi. Factum à nobis stultè fuisse dieitur. Tum in summo timore quiescendum nobis esse credebatur. Hac regione transiri non poterat. Ex ipsâ rerum natura potuit conosci. At non sapienter admodum de hac re tractari debebat, uti solet, afflictis reipublicæ temporibus, evenire. In otio tractari de pace magis placebat, quia diuturnitas pacis olim confirmat.

Dicendum videtur de genere pacis, quoniam pax et virtutes, et artes, et eloquentiam sustinet. Bella afferunt maximum damnum; multis enim magnis incommodis afficit pecuniae cupiditas. Pax alit artes, scientias auget, rem publicam defendit. Itaque pro pace solum pugnari decet.

**QUIEN Ó QUIENES: QUEM VEL QUOS  
ACUSATIVOS AGENTES DEL INFINITIVO  
EN LOS VERBOS DE LENGUA. (1)**

¿Quem putas egregium fuisse ducem nisi Miltiadem? ¿Quem existimas arma cepisse nisi milites? ¿Quem cogitas copias trajecisse nisi Miltiadem? ¿A quo credis classem magnam comparatam fuisse nisi à Miltiade? ¿Quem dicunt recuperavisse libertatem nisi hunc potentissimum ducem? ¿Quem præter Miltiadem audiveras liberaturum esse Græciam? ¿Quem nisi Miltiadem pro salute communi propugnare dicebas? ¿Quem, eo excepto, rempublicam defendisse arbitraris?

¿A quo cogitabas Græciam liberandam fuisse nisi à Miltiade? ¿Quem dicitur maritimum consecisse bellum, nisi Themistoclem? ¿A quo putas rempublicam agitatam fuisse nisi ab hostibus? ¿Quem credebas agros cum equitibus vastavisse nisi exercitum? A quo putabant rempublicam defensum iri nisi à militibus. ¿Quem dicitis urbes recepisse nisi Miltiadem?

---

(1) Las palabras *quién* ó *quienes* son el sujeto del infinitivo en sentido interrogativo é indefinido. Se vuelven en pasiva, empezando por el pronombre, y se traducen como las demás oraciones del infinitivo. v. gr. *¿QUEM PUTAS quién piensas FUISSE que fué DUCEM EGREGIUM un capitán escelente NISI MILTIADEM sino Milciades?*

## QUE CONJUNCION Ó PRONOMBRE

CASTELLANO EN SENTIDO INTERROGATIVO É INDEFINIDO EXPRESADO EN SUBJUNTIVO CON LOS PRONOMBRES LATINOS *quis*, *quantus*, *qualis* y *quam*, etc. (1)

Jamdiu ignoro quid agas: nihil enim scribis. Cupio scire quid agas, et ubi sis hymaturus.

Nescis, filiole mi, nescis, quantas vires virtus habeat; quid ipsa valeat, ignoras. Sed nescio, quo pacto sapientissimus quisque eloquentiam contemnat. Sic in nostra civitate contrà amplissimus quisque et clarissimus vir, quantus sit eloquentiae et philosophiae honos, alacri animo ac vultu fatetur.

Cæsar dubitabat quid sibi expediret. Quid fieri vellet, ostendit. Quid à quoque fieri vellet, præcipit. Diligenter putabat quid faceret.

Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. Vidi enim & cognovi quām maximē litteras nonnullas expectares. Nec quid consilii capiam, nec quid faciam, scio. Quibus verbis tibi gratias agam, non reperio. Res quemadmodum sit acta, vestræ litteræ mihi declarant. Ex multis audieram, quām fortitèr sa-

---

(1) Se traducen en los tiempos de las terminaciones latinas correspondientes al modo indicativo, si el sujeto de los verbos es diferente, y si no lo es por romance infinitivo. v. gr. Jamdiu ignoro ha mucho tiempo quid hagas que haces.

pientèrque ferres injuriam temporum. Audieram etiam quām eleganter de orationis ornamentis scripseris. Tum ego hac opinione ad ductus cognovi, quantam his artibus diligentiam adhibuisses. Ego vero ita fecisset, nisi interdum, quanta et quām difficultis ea res sit, ex te audivisset.

Miltiades diligentissimè quaerebat, quibus modis Athenienses rempublicam liberavissent.

## VERBOS DE VOLUNTAD, SUceso ó CONTINGENCIA. (1)

Eis temporibus Persarum rex Darius Scythis bellum inferre decrevit. Is hortatus est pontis custodes, ne à fortunā datam occasionem liberandæ Graciæ dimitterent. Amici verò hortabantur, ut Graciam redigeret in suam potestatem. Unus Miltiades maximè nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent. Postea factum est, ut plusquām collegæ Miltiades valuerit. Datis tamen fretus numero copiarum

---

(1) Se traducen casi siempre por romance de infinitivo español, menos cuando se encuentran por subjuntivo ó los sujetos de los verbos son diferentes, pues entonces se traducen en los tiempos de las terminaciones latinas y comunmente en el modo indicativo. v. gr. *Eis temporibus en esos tiempos Darius Dario rex rey Persarum de los Persas de crevit determinó inferre bellum hacer la guerra Scythis á los Escitas.*

suarum configere cupiebat. Inde factum est, ut Parii à ditione deterrerentur.

Accidit quoque ut, Athenienses Chersonesum colonos vellent mittere. Consulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent. Quibus rebus siebat, ut omnium voluntate summum obtinuerit imperium.

Cesar curabat omnes copias conservandas. Omnes hortabatur ad dimicandum. Idcirco curavit muros reficere, militesque hortatus est ad decertandum.

Rem malè gerere Darius noluit. Per legatos jussit ab armis discedere. Urbem munire instituit. Utile erat copias transducere. Accidit ut sic benevolentiam experiretur. Perfecit profectò, ut plurimum diligeretur. Maximam dabat operam, ut in patriam præsidium haberet. Rogabant milites, ut ne rempublicam perderet. Præcepit imprimis militibus, ne regem Atheniensium occiderent. Suasit ne id agerent. Hortatus est ne quid per vim ageretur. Sperabat fore, ut ad se hostes venirent. Futurum putavit, ut adversus illum bellum gererent.

Neque erat facile propugnare in ea tempestate. Imperator castellum muniri jussit. Afranius in hostes impetum fieri volebat.

Cæsar milites hortabatur ut prælium committerent. Præterea illos monuit, ut consulerent sibi. Curio suos hortatur, ut omnem spem in virtute reponant. Postremo hortatur eos, ne

animo deficiant. Accidit ut impetus fieret in vacuam rempublicam. Quibus rebus perfectum est, ut nullum reciperet incommodum. Summus ille vir Græciam liberandam decrevit. Omnia vi prius experienda arbitrabatur. Persequendum sibi hostem existimavit. Ad pacem petendam hostem induxit. Hortabatur suos ad opus maturandum. Ita eos monitum oportuit. Græciam aggrediendam censuit. Victoriam relictam noluit. Terrâ marique res gerendam censebat. Qua in re suorum omnium vitæ consulendum putavit.

Excogitatum est à quibusdam, ut privatum ærarium Cæsaris intersectoribus ab equitibus romanis constitueretur. Legatis denique permisum est, ut pro tempore ac loco exercitum compararent. Hoc nihil prolatandum rati sunt. Itaque senatus decrevit, darent operam consules, ne quid respublica detrimenti caperet. Lentulus constituerat, ut tribunus plebis quereretur de actionibus Ciceronis. Reliquum est igitur, ut de reipublicæ statu nunc pauca dicam. Percipite, quæso, P. C., diligentèr quæ dicam. Idque quamprimum ut efficiatis, vos etiam atque etiam rogo.

Sed, mi Cicero, da operam, ut valeas. Ad me quamprimum veni, rogo. Cura, ut ad nos venias. Tabellarios mihi velim quamprimum remittas. Valetudinem tuam, quæso, cura diligentèr. Vale.

## VERBOS DE TEMER Y RECELAR. (1)

Timeo eloqui. Vereor yobis esse molestus.  
Timeo apertiū scribere. Verebar id negotii  
suscipere.

Cesar in Galliam introire timebat. At milites, qui antè dimicare timuissent, ultrò se offerrent periculis.

Miltiades timuit, ne classis regia adventaret. Metuebat enim, ne frigeret cum militibus in hibernis. Timuit, ne Artaphernes obviā iret copiis suis. Periculum enim erat, ne classis certo premeretur periculo. Animadverterat, principes civitatum timere, ne própter se bellum his Lacedæmonii et Athenienses indicerent. Timebat, ne milites pusquam patriæ salutem anteferrent saluti suæ. Timuit etiam, ut milites non paravissent commeatum ad tantum bellum administrandum. Veritus est ne in eos animadvertisset crudelissimè. Timuit ne tantis oppimeretur angustiis.

Consul timuit, ut Annibal liberaret Athenas totamque Graeciam. Erat tunc periculum ne ancipiti premerentur bello. Timebat ne in seip-

---

(1) Se traducen por el romance de infinitivo español, cuando es uno mismo el sujeto de ambos verbos, y si no lo es, por el de las terminaciones de los tiempos en subjuntivo. v. gr. Timeo eloqui *temo hablar*. Miltiades timuit *Milciades temio ne que* clasis regia *la armada real* adventarot *llegase*.

sum arma conferrent Athenienses. Sic omnes  
Græci veriti sunt, ne legati singulis civitatibus  
duces præficerent. Timebant milites se furti  
damnatum iri ab imperatore. Tamen veritus  
Cæsar, ne militum introitu et nocturni tem-  
poris licentia oppidum diriperetur, eos, qui  
venerant, collaudat atque in oppidum dimitit.  
**In primis videndum est ei, qui rempublicam**  
administrabit, ut suum quisque teneat.

Vide ne dolone collum compungam tibi!

### VERBOS AFECTIVOS. (1)

Doleo maximè te filiumque tuum meas lit-  
teras exspectare. Te verò pietatis meæ fructum  
cepisse vehementè gaudeo. Non ægre fero te  
Antonium nostrum carissimum libentè ama-  
re; semper enim laudavi eum. Miror autem  
te propinquos nostros non diligere, neque enim  
saluti nostræ, neque honori amicior quisquam  
esse potest.

Pater tuus gloriatur maximè se spem recu-  
perasse salutis. Admodùm lætor te accepisse

---

(1) El infinitivo de estos verbos y el *quod* en subjuntivo y *quia* ó *quoniam* con indicativo se traducen elegantemente por un infinitivo español; pero mas frecuentemente se traducen en los tiempos correspondientes: v. gr. Doleo maximè *me duelo* *muchísimo* te filiumque tuum *de que tu y tu hijo exspectare* *espereis litteras meas mi carta*.

litteras meas. Neque admiratus sum hanc epistolam, quam Acastus attulit, brevem fuisse. Evidenter molestè tuli te tales virum omnia temerè fecisse. Vehementissimè gaudebam, quod per litteras Cæsari gratias egisses. Magno denique affecti sumus mœrore, quod omnes clarissimi viri miseras tantas propter temporis iniquitatem imprimis patiantur.

Pelopidas Epaminondam reprendebat, quod uxorem non duxisset. Cato mirari se ajebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cum videret. Indignabatur ibi esse imperium, ubi non esset libertas.

Lætabatur Artaphernes, quia milites leviter omnia serebant. Dollabella gavissus est, quoniam præstantissimum te civem & singularem consulem præbueras. Milites gavissi sunt, quia imperator copias in Asiam transportaverat. Neque multò post querebantur, quod non haberent commeatum. Maxime vero imperator dolebat, quod milites imperium summum paterent.

Pavo ad Junonem venit, indignè ferens,  
Cantus Luscini quod sibi non tribuerit.

### VERBOS DE IMPEDIR, PROHIBIR. (1)

Ipsa ratio prohibet homines contemnere

---

(1) *Veto, prohibeo, interdico, impedio, repugno, resisto* tienen infinitivo, subjuntivo con *quominus* o *quin y ne*. *Quominus* y *quin* son negativas y se tra-

Deum. Tu & potuisti & debuisti prohibere, ne quid et diceretur et ageretur contra Deum. Religio non vetat, quin impii puniantur à magistratibus. Pietas divitias amare vetat. Senatus romanus obstitit, quominus C. Fabricius aut perturbatione animi, aut pecuniae cupiditate & avaritia perderet tūm constantiam tūm etiam dignitatem.

Darius in fuga, cūm aquam turbidam & cadaveribus inquinatam bibisset, non prohibuit milites etiam bibere. Socratem ferunt nunquam prohibuisse jucunditatem haberi in salietate; cumque ad vesperum usque ambularet, respondisse, se id facere, quo melius eōnaret.

Cæsar prohibuit milites arma capere ad oppugnationem urbis. Plerique censebant, se non impedire debere, quominus prius hostes ad angustias venirent, quām loca ipsa velarent in fugam illos conjicere, atque in angustiis et montibus præcludere.

Cæsar nunquam prohibuit quin milites e castris exirent. Petrejus non impedivit quin equites noctu pabularentur. Severitas non vetabat quin cūm hostibus miscerentur.

Cæsar ab opere, singulisque legionibus sim-

---

ducen con que no y ne con que solo. El infinitivo latino se traduce con el mismo en español ó en el tiempo correspondiente de indicativo ó de subjuntivo; v. gr. Ilsa ratio la misma razon prohibet prohíbe homines contemnere á los hombres despreciar ó que desprecien Deum á Dios.

gulos legatos discedere, nisi munitis castris, vetuerat. Afranius non impedivit quin id facerent.

Neque nemo impediebatur, quominus frueretur rebus suis. Tempus non impedivit quominus Sardes venirent subsidio copiis. Vetabant egestas opem ferre militibus. Dux prohibuit restituere prædam hostibus. Pupulos non obstitit, quominus dux copias mitteret. Non prohibuit quominus civitates servitute opprimerentur. Non impedivit, quominus milites oppido potirentur. Militum virtus impediebat, ne imperatorem frangerent res adversæ. Annibal non prohibuit, quominus milites acceplam gloriam augerent. Altitudo non vetabat, quin hostes in castellum sese reciperent.

## VERBOS Y DEMAS LOCUCIONES DE DUDAR. (1)

Non dubito plerosque fore, qui litteris atque studiis maximè delectentur. Nemo pænè

---

(1) *Dubito* y sus compañeros llevan ademas del infinitivo, subjuntivo con la conjuncion *quin*, si la oracion es interrogativa ó negativa. Sin negacion ni interrogacion se usan las siguientes: *an*, *utrum*, *num*, ó *ne* propuesto al verbo, que se traducen con *que* en español y con *si*, cuando el determinante es de los de preguntar, averiguar, saber, &c. v. gr. *Non dubito no dudo plerosque fore que habrá muchos, qui delectentur maximè que se deleiten muchísimo litteris atque studiis en las letras y en los estudios.*

ullus ex antiquis philosophis dubitavit, voluptatem ipsam, quia voluptas sit, jucundam non esse et honestam. Carneades interrogabat, nūm quisque, dūm præsentem sentiret voluptatem, in animo quoque præsentem perciperet pariter cum corpore.

¿Quis enim dubitat, quin consilio ac sapientia regere ac gubernare rem publicam debeamus? Quæro enim à vobis, nūm ullam dubitationem de hac re habeatis.

Magna inter Græcos fuit contentio, utrūm mœnibus se defenserent, an obviām irent hostibus. Dubitabant, nūm acie se defenserent. Coloni vero non dubitabant, quin Parum insulam multo pōst Præfectis regiis Miltiades concederet. Neque duvitaverant quin magnam ex insulis utilitatem caperent.

Dubito, utrūm tanta laus mortalium olim nemini contigerit, quanta contigisse Miltiadi dicitur. Nescio, an Darius tam multa gesserit. Non dubito, quin magna præclarè Miltiades faceret. Multi dubitant, nūm is fuerit imperator clarissimus.

Hircus rogavit dulcis an esset liquor et copiosus.

IS, TANTUS, TALIS, ADÉO, SIC, ITA. (1).

Gloria et dignitas litterarum tanta, atque tam

---

(1) Sacan los tiempos á subjuntivo y se traducen frecuentemente en indicativo, v. gr. Gloria & dignitas litterarum *la gloria y dignidad de las letras* est

cara nobis est, ut animo rei magnitudinem tantummodo complectanur. Tam digna est eloquentia, ut oratores divino spiritu afflati esse dicantur. Ea est enim eloquentiae vis, ut vel gravi dolore, vel magnâ latitia nos afficiat.

Gens nulla est tam tēra, quæ non sciat Deum esse. *Quis* verò est tam vecers, qui, cum suspexerit in cœlum, non sentiat Deum esse? Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium societate sejungas. Quidam habent aures tam inhumanas, tamque agrestes, ut ne doctissimorum quidem viorum eos movere possit auctoritas.

Cicero fuit tam clemens, ut rem publicam cum periculo vitæ defenderit. Neque enim is fuit Catilina, ut illum aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore revocarit. Nam is fuit, qui nulla calamitate frangeretur. Nulla est enim tanta vis, tantaque copia, ut non ferro ac viribus debilitari frangique possit. Catilina tamen adeò se à consiliis abhorriuit, ut propter temeritatem rem non gesserit.

Tam fœlix imperator est, ut ejus semper voluntativus non modò cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam

---

tanta es tan grande atque tam cara nobis y tan amada de nosotros, ut complectamur tantummodo animo que solo comprendamos con el ánimo ó entendimiento magnitudinem rei la grandeza del asunto & cosa.

venti, tempestatesque obsecundarint. Nemo erat adèo tardus, quin statim ad arma capienda curreret. Nulla enim vis imperii est tanta, quæ, premente metu, possit esse diurna.

Miltiades eo fuit ingenio, ut non jam solùm de eo benè sperarent, sed etiam confiderent cives sui. Hic ita vixit, ut universis Atheniensibus meritò esset carissimus. Jam vero Athenienses tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut inteligerent Lacedæmonii de principatu sibi cùm his certamen fore.

Descende, amice, tanta bonitas est aquæ.  
Voluptas ut satiari non possit mea.

#### DIGNUS ET INDIGNUS. (1)

Sceleratissimi cives sunt digni, ut capitibus plectantur. Infidentia est digna, ut conseratur cum scelere. Fides est colenda in omni varietate fortunæ.

Animus fortis est dignus laudis. Itaque virtus Miltiadis magnoperè est laudanda. Pugna marathonia digna est, ut vehementer à nobis commendetur. Miltiades erat tūm dignus ama-

---

(1) Se traducen en el romance de infinitivo ó en los tiempos castellanos que indican las terminaciones de los verbos latinos: v. gr. Cives sceleratissimi los ciudadanos muy perversos sunt digni son dignos ut plectantur capitibus de ser castigados con pena capital.

ri. Neque ullus imperator fuit tam dignus laudis. Digni sunt laude milites.

Hominem prudentem & officiosum cognosces & dignum, qui à te diligatur. Dignissimus es, ut eum habeas consilii tui participem. Filius tuus fuit dignus, qui verberibus afficeretur.

Fortuna Græcorum nunc flenda aliquo tempore læta fuit. Atheniensium copiæ fuerunt dignæ, ut concelebrarentur omnium gentium litteris & linguis.

Bellum semper fuit pertimescendum. Pax est optabilis omniibus, Omaia quæ, tunc memoria digna erant Cicero scripsit.

### VERBOS CONCERTADOS. (1)

Studiosus puer debet amare litteras. Civitas Atheniensium, ut paulo antè dixi, cœpit per litteras comparare magnam gloriam. Roma communem domicilium esse cœpit omnium litteratissimorum hominum, qui laudatissimis studiis præclare fuerunt. Nam præcipuè sedem

---

(1) Se traducen con mucha elegancia con romance de infinitivo: v. gr. *Puer studiosus el niño aplicado* debe *debe amar las letras*, pero *Videor, dico, refiero* usados como concertados se traducen en sentido impersonal: v. g. *Darius videtur parecer que Dario*. Non possum non y non possum quin significan *no puedo menos de* y este último tiene el determinado en subjuntivo.

habere debent in omni civitate, quicumque viam ad laudem & gloriam aperire possunt.

Adolescentuli solent per otii lubidinem contemnere litteras. Senes nequeunt aetatem agere in summâ lætitia ac ludis. Imperator inconsultè ac veluti per dementiam omnia agere cœpit. Nam in fuga salutem sperare vix poterat, sed non multò post cœpit magnum ac novum movere bellum.

Miltiades in imperiis magistratibusque multùm versatus non videbatur posse esse privatius. Postquam rempublicam regere cœpit, magnam gloriam adeptus est. Debebat enim omnium voluntate obtinere summam rerum. Tunc respublica cœpit esse salva. Semper solebat discedere superior, prælio cœmissio. Solus potuit præstare amicitia fidem Plataensibus. Hic videbatur rempublicam reddisse salvam, interfectis hostibus. Athenienses verò videbantur non tam plurimorum patrōciniis defendi, quam Miltiadis. Athenienses desierunt ædificare muros Miltiadis jussū.

Darius ab Scythis cœpit premi. Exiguis copiis dimicare cœpit. Insulas oratione reconciliare non potuit. Rempublicam tueri poterat. Naves multas habuisse dicitur. Darius videtur in fugam conjecisse hostes. Novas copias paravisse dicitur. Scythiam fregisse cum tantis copiis videbatur. Athenienses tunc cœpti sunt premi à Timotheo.

Pœnus milites suos habuisse in armis dicitur. Cesar enim adventare, jam jamque et adesse

ejus equites falsò nuntiabantur. Milites celeriter venire non poterant.

Vir fortis non potest non esse beatissimus. Numquam igitur satis laudari digne poterit philosophia, sine qua omne tempus ætatis quisque sine molestia possit degere. Fortitudinis munus nemo adhuc civis romanus quivit consequi.

Omnes tuos triumphos enumerare, magne Cæsar, non possumus. ¡Quàm multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander habuisse dicitur!

Sua quisque exempla debet æquo animo pati.

Solent mendaces luere pœnas maleficìi.

Solet à despectis par referri gratia.

Qui, facere quæ non possunt, verbis elevant.  
Adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

Hàc derideri fabula meritò potest,  
Qui sine virtute vanas exercet minas.

### LA CONJUNCION *CUM* EN ORACIONES DE SUBJUNTIVO, QUE SE RESUELVEN POR PARTI- CIPIOS. (1)

Cùm milites victoriam consequantur, placebunt regi. Cùm legati hostes in acie positos

---

(1) Los tiempos de presente y preterito imperfecto de subjuntivo unidos á la conjuncion latina *cum* se traducen en español con los gerundios en

videant, statim proficiscuntur è castris. Cùm magna sit clades, in domos suas se quisque recipiunt. De ea re cùm scribatur ad senatum, legati statim cum litteris mittuntur.

Cùm imperator bellum gereret, Coreyram cepit. Urbes nullis defendantibus, incendio delevit. Miltiades ex Græcia proficiscens intulit bellum Scythis. Adventante Persarum exercitu, Athenienses oraculum consuluerunt.

Xerxes aspernatus paucitatem hostium prælium committere noluit. Annibale duce, classis devicta est. Milites hortando rem prosperè imperator fecerat.

Milites inter pugnandum admodum erant læti. Inter deambulandum eos imperator docuit rem militarem. Inter pugnandum multum reipublicæ consulebant. Varro, jubente se atque inspectante, signa sustulit. (1) Sed milites,

---

ando ó endo y á veces en los tiempos que espresan las terminaciones latinas, traduciendo la conjuncion latina con la española *como*. Lo mismo se observará, cuando vengan esplicadas, en el participio activo, que llaman de presente, en nominativo ó ablativo. La conjuncion *cum* con tiempos de indicativo se traduce *como* ó *cuando*: v. gr. Cum milites consequantur *como* los soldados consigan ó consiguiendo los soldados victoriam la victoria, placebunt agradarán regi al rey.

(1) Falta alguna vez en los poetas la regla de que, siendo uno mismo el sujeto de las dos oraciones principal é incidente, se convierta la oracion por participio en nominativo y no en ablativo ora-

dum sarcire acceptum detrimentum volunt, in locum iniquum progrediuntur. Cum calamitas venit, tum detrimentum accipitur.

Vigilando, agendo, benè consulendo omnia prosperè cedunt. Cum Miltiades hostes vinceret, totam Græciam liberavit. Ad bellum milites, nullo postulante, præmio incitavit.

Legati, cùm bellum recussent, pacem deponscunt. Hæc populus respiciens ejecit eos in exilium. Alitur enim vitium, crescitque tegendo. Urbs capitur inter pabulandum.

Imperator ex Gallia decebens, copias conservavit. Sed is Piso in provinciam iter faciens ab equilibus romanis occissus est. Homines ad Deos accedunt salutem hominibus dando.

Cùm Themistocles minus esset probatus parentibus, et negligeret rem familiarem, à patre exheredatus est. Cum pecunia publica interiret largitione magistratum, classis centum navium ædificata est. Deinde maritimos prædones consectando, mare tutum reddidit. Cum Athenienses divitiis ornaret, fecit eos non multo post peritissimos belli navalis. Nam cum Xerxes & mari & terra bellum universæ inferret Europæ, multis eam copiis invasit. Neque minus in rebus gerendis promptus, quam excogitandis erat. Vitam agebat dimicando.

---

cional que llaman absoluto. Ovidio dice: *Lacrymas quoque sœpè notavi, me lacrimante, tuas.* Dijo *me lacrimante*, sacrificando la regla á la armonia de su oido.

Cujus de adventu cum fama Græciam pervaderet, magna cives affecti fuerunt lætitia. Inter imperandum omnes silere solebant. Ducebant horas canendo. Inter ædificandum murus funditus delectus fuit. Militibus insciis, res gesta fuit. Omnibus consulentibus de eventu belli, repente seditio orta est. Athenienses verò insidias instruentes magna negotia gesserant. Themistocles prosperà non usus fortuna ad Admetum adiit Molossorum Regem. Magnesiam obsidione pressit habentem cæteras copias.

Quando ambulamus, exercemus corpus,  
quando legimus, animum.

In sterquilinio pullus gallinaceus  
Dum quærit escam, margaritam reperit.

Cæsar dando, sublevando, ignoscendo; Cato nihil largiendo, gloriā adeptus est.

Cum vos considero, milites; et cum facta vestra æstumo, magna me spes victoriae tenet. Longè mihi alia mens est, Patres Conscripti, cum res atque pericula vestra considero; et cum sententias nonnullorum mecum ipse reputo, illi mihi videntur patriæ atque focis suis bellum paravisse.

### CUM EN LA SIGNIFICACION DE AL. (1)

Cum Pompejus committeret prælium, equi-

(1) Pertenece á las oraciones de gerundio simple ó de presente: v. gr. *cum Pompejus committeret prælium* al dar, empezar ó emprender Pompeyo la batalla, &c.

tatum ad flumen possuit. Cum Cesar id animadverteret, copias in montibus proximis collocavit. Cum hostes insequeretur, mutato consilio, in locum diversum se contulit.

Cum Marcellus configere incipiat, legionem Bætim transfert, atque aciem instruit. Cum Cassium contrà pro castris suis aciem instruxisse videret, copias omnes ad se adduci constituit. At Cesar, etsi nondum hostium consilia cognoverat, tamen frumentum ex agris in castra quotidie conferebat. Cum in Britanniam transiret, naves comparaverat.

**CUM EN TIEMPOS DE PRÉTERITO  
DE SUBJUNTIVO Y RESUELTOS POR PARTICIPIOS  
LATINOS. (1)**

Cum præda capta fuerit à militibus, oppi-

(1) Cuando venga la conjuncion *cum* en el preterito perfecto y plusquam de subjuntivo, se traduce unida al verbo por el gerundio de *habiendo* ó con la conjuncion española *como*, esplicando los tiempos en los de las terminaciones latinas. El participio pasivo de estos modos se traduce ó por gerundio ó por participio pasivo en español, pero nunca con la conjuncion española *como*. En tiempos de indicativo se convierte con *postquam*, *ubi primum*, *ut primum*, *simul ac*, *simulatque* y se traduce *luego que*, *despues que*, &c. como veremos al tratar de las particulas v. g. Cum præda capta fuerit *habiendo sido cogida la presa á militibus por los soldados*, *oppidani omnes todos los paisanos revertuntur vuelven ia domum á su casa*.

dani omnes in domum revertuntur. Cum potestas pugnandi facta fuerit ab imperatore, milites prælium committere decernunt. Cum Themistocles accusatus fuerit proditionis, damnatur exilio decem annorum. Cum milites victoriam reportaverint, requiescunt biduo. Themistocles, maximis rebus gestis, novas copias comparavit. Græcia liberata, hostes vindicavit in libertatem. Cum milites in urbem progressi essent, quieti se dederunt. Victi in naves Pærse confugiunt. Militibus devictis, imperator cum paucis profugit. Hoc auditio, hostes in fugam sese conjiciunt. At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus accessit Astu. Magna cæde facta, hostes fugavit. Inimicis interfectis, respublica aucta fuit. Cum imperator castra movisset, oppressit hostes.

Cum Miltiades copias trajecerit, urbes novo præsidio munit. Inde cum se in Athenas receperisset, hanc civitatem firmaverat. Græcia expugnata, Scythiam invasit. Scythis bellum intulit propter injurias acceptas. His rebus in Asiæ cognitis, Miltiades cum classe discessit Propter prædam captam milites eum accusaverant. Ob tuam clementiam ab hostibus eflagitata seditio orla est. Imperator pœnas dedit propter hostes trucidatos.

Cum Miltiades devicerisset exercitus, semsim respublica aucta fuit. Ex Asia in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum intulit. Cum Chersonesum reliquisset, rursus Athenas demigravit. Præfecti regii, classe ad Eubeam appul-

sa, celeritè Eretriam ceperunt. Athenienses vario tumultu permoti, auxilium nusquam petiverant. Miltiadis auctoritate impulsi Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde sub montis radicibus aciè instructa, nova arte, vi summà prælium commiserunt. Cùm non reconciliasset oratione Parum insulam, copias è navibus eduxit. urbem operibus clausit, omniq[ue] commeatu privavit. Deinde vineis ac testudinibus constitutis, propius muros accessit. Brevi itaque tempore barbarorum copiis disjectis, bello confecto, sine mora ad urbem se recepit. Novo ordine disposuit res male constitutas. Jam vero potitus multis regionibus temperavit eas sapientissimis egregiisque institutis.

Tubero, cum in Africam venisset, invenit in provincia cum imperio Actium Varum, qui, amissis cohortibus, protinus ex fuga in Africam pervenerat. Milites, positis sealis, naves ascendunt. Itaque, Suplicio interfecto, Pomponius, posteaquam vidi Cinanno tumulto civitatem esse perturbatam. Athenas se contulit. Postquam autem audierunt muros instrui, legatos Rōmam miserunt. Postquam Pompejus interfecerat hostes, commeatum petivit, iterque facere statim cœpit. Posquam ex Italia Afranius venerat, statim se contulit in Africam. His rebus confessis, Cæsar milites in proxima municipia deducit.

Posquam Afranius legionem nonam comparaverat, in Africam copias omnes suas trans-

duxit. At ubi oppidani exercitum conspexerunt, portas civitatis celeriter aperuerunt.

Postquam labare pœnitencia cœpit, (1)  
Adfinitatem inde traxit obsconitas.

**CUM EN TIEMPOS DE OBLIGACION  
CON LOS PRESENTES É IMPERFECTOS DE SUBJUNTIVO  
Y RESUELTOS POR PARTICIPIOS. (2)**

Cum Miltiades Athenas denuò reversurus sit, Platæam redit. Cum Athenienses è Lacedæmoniorum manibus liberaturus sit, subito copias é castris educit. Reversurus in Græciam milites in posterum confirmat. Interfecturus hostes ob flagitium statim se in castra contulit. Profecturus Athenas Lacedæmonem remigravit. Marathonia castra pervenit magnum in classem hostium facturus impetum.

---

(1) Pœnitencia labare: vacilar, saltar el arrepentimiento.

(2) La conjuncion *cum* en tiempos de obligacion presentes ó imperfectos se traduce con los gerundios *estando para* ó *habiendo de* ó en los tiempos latinos, como se verifica en los otros, segun lo exija el de la oracion principal. El participio se traduce con este mismo gerundio castellano. v. gr. Cum Miltiades reversurus sit *estando para* ó *habiendo de* regresar Milciades ó como Milciades haya de regresar denuò de nuevo Athenas á Atenas, redit vuelve Platæam á Platea.

Cùm celeritè in Græciam reversurus esset, se in castra contulit. Quæ loca cùm capienda essent à Lacedæmoniis, occupata fuerunt ab Atheniensibus. Defensurus Græciam multas secum copias ducebat. Militibus pugnaturis sese obtulit occasio proficisciendi. Câpuam liberavit incendio delendam. Consecuturus hostes ad Occeanum, locavit castra ad flumen. Athenas aggressurus Græciam ferè totam cepit.

Cùm Miltiades landandus esset ob virtutes eximias, nullum usquam accepit præmium. Cùm novi delectus decernendi essent, Cæsar dimisit veteranos milites. Tum, cùm per iurandum milites confirmandi essent, deducti fuerunt è castris atque in armis relicti sunt. Cesar suam pronuntiaturus sententiam ad proximan legionem pervenit. Cum copias novas confirmaturus esset, repente ac improviso ex hibernis exercitum magnum eduxit.

**CUM CON TIEMPOS DE OBLIGACION  
EN PRETERITOS Y PLUSCUAM PERFECTOS DE  
SUBJUNTIVO. (1)**

Cum Cæsar hostium injurias molestè latus fuerit, persequitur eos bello. Cum rogaturus

---

(1) La conjuncion *cum* en tiempos de obligacion, si son de pretérito perfecto ó plusquam de subjuntivo, se traduce con el gerundio español *habiendo de haber*. Estas oraciones no se resuelven por participio, y casi nunca se encuentran en tiempos de

fuerit litteris pro pace, legatos ad illos mittit. Cūm per vim prosperè rem tentatam gesturus fuisset, magnum his terrorem injecit. Cum trucidaturus fuisset hostes, multo affecit timore populos. Cum primus murum ascensurus fuisset, præmia proposuit militibus. Cum hostes de muro ac turribus dejiciendi fuerint, vocantur ad colloquia. Cum Cæsar delectus per totam Italiam habiturus fuisset, legatos Romanos cum mandatis statim misit. Cum in Galliam reversurus fuerit, exercitum conjungit. Cum copias paraturus fuisset ad bellum, sagittarios omnes, quorum erat permagnus numerus in Gallia, conquiri & ad se mitti jussit. Cum oppida expugnaturus fuisset, ex inopia atque labore refecit milites. Cum classe magnam comparaturus fuerit, proficiscitur in Africam cum omnibus copiis suis.

### VERBOS SIN PRETERITO NI SUPINO. (1)

Accidit plerūmque, ut oppidanī febrim et inopiam metuerent. Ex quo factum fuit, ut mi-

---

indicativo. v. g. Cum Cesar latus fuerit molesté habiendo de haber llevado á mal el Cesar ó como el Cesar haya de haber llevado á mal injurias hostium las injurias de los enemigos, persequitur eos los persigue bello con la guerra.

(1) Estos verbos que se encuentran en el pretérito imperfecto de subjuntivo, se traducen en los tiempos de los determinantes, formando un solo

lites satagerent et suam pestem mederentur. Acciderat enim ut multum pollerent acie, & dimicando furerent. Cum vero evenisset, ut inter pugnandum ringerentur, victoriam tamen reportaverunt. Contigit profecto, ut pristinæ virtutis semper reminiscerentur.

Quibus rebus factum est, ne unquam ad pugnandum labarent. Accidit tuta, ut tela, magno in hostes impetu facto, repente fatiscerent. Sed, quod ibi paullulum fragmenti oppidani reliquerant, factum fuit, ut milites universi valde averent commeatum.

### FINALES. (1)

Athenienses dederunt copias Miltiadi, ut bellum gereret. Themistocles exercitum paravit,

---

pensamiento ó sinó, en los tiempos de subjuntivo como las oraciones de acontecimiento. v. g. Accidit plerumque *sucedió las mas veces*, ut oppidani metuerent *que los paisanos temiesen febrim & inopiam la enfermedad y la escasez* ó *los paisanos temieron la enfermedad y la escasez*.

(1) La conjuncion *ut*, y en su lugar *quo* con grado comparativo ó á veces sin él, *ne* negativa, relativo *qui*, el participio de futuro, el gerundio regido de *ad* y el supino se traducen con las en español *para a*, á fin de, y alguna vez *por*, si denota el motivo, fin ó causa para hacer ó obrar. En lugar de *ut* se usa *uti* elegantemente. v. g. Athenienses dederunt *los Atenienses dieron* Miltiadi á Milciades copias *las tropas*, ut gereret para que ó á fin de que hiciese bellum *la guerra*.

quò facilius ab hoste se defendere posset. Servum misit, qui rem nuntiaret.

Cesar vocavit milites renovaturus bellum. Ad opus maturandum copias novas conjungit. Magnam classem comparavit ad Græciam opprimendam. Imperator cum militibus venerat occupatus civitatem. Exercitum duxit per medium Hispaniam ad hostem consequendum. Imperium accepit in urbes dominatus. Reipublicæ ergo defendendæ novam classem comparaverat. Athenienses legatos deprecandi causâ ad illum mitunt. Rei gerendæ causâ Centuriones vocantur.

Pompejus copias secum duxit, ne tantis se offerret periculis, atque nova præsidia præparavit, ut bellum conficeret. Magnos instruxit exercitus, ne auxilium Cesari ferrent oppidani. Quò facilius copias trajiceret, naves comparaverat. (1)

Delecti Delphos liberatum missi sunt. Arma cèperunt milites, ut urbes aggrederentur. Copias imperator misit, ut bellum gererent. Filipidem cursorem Athenienses Lacedæmonem miserunt, ut nuntiaret, quām celeri opus esset auxiliò. Hoc vero docetur, quò facilius intelligi possit, camdem omnium civitatum esse naturam. Classem quingentarum navium Athe-

---

(1) Los Poetas usan el infinitivo final.

*Non nos aut ferro Libycos populare penates  
Venimus, aut raptas ad litora vertere prædas.* Virg.

nienses Miltiadi dederunt, ut insulas, quæ barbaros adjuverant, bello persequeretur. Angustias Themistocles quærebat, ne multitudine circumiretur. Servum, quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret verbis suis, adversarios in fuga esse. Legatos misit, qui peterent auxilium à rege Molossorum, quò facilius ad ejus fidem se reciperet. Copias duxit altitudinem montium superaturus, ne angustiis premeretur. Muros refecit ad urbes defendendas, ne eas hostes occuparent. Aciem quoque instruxit oppugnandi ergo castelli, et causà oppidi defendendi. Inde ad Molossorum regem adiit pro seipso rogatum. Legati consultum venerant, quidnam de reliquiis copiarum facerent. Itaque missi sunt delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui Thermopylas occuparent.

Pompejus, quò facilius impetum Cæsar is tardaret, ne sub ipsa profectio ne milites oppidum irrumperent, portas obstruit. At milites, quòd ab opere, integris munitionibus, vacabant, ligandi, pabulandique causà longius progredebantur. Afranius Petrejusque terrendi causa atque operis impediendi copias suas ad infimas montis radices producunt & prælio laces sunt. Pabulatum emittitur nemo.

Imperator tendebat oppugnatum castra hostium. Confirmatorum militum causà orationem habuit.

Sed vos, quò pauca monerem, advocavi; simùl uti causam consilii mei aperirem.

Cānes currentes bibere in Nilo flumine,  
A Crocodilis ne rapiantur, traditum est.

Sed ne religio peccet imprudens mea,  
Alveos accipite, et ceris opus infundite,  
Ut ex sapore mellis & forma favi,  
De quis nunc agitur, auctor horum appareat.

### CAUSALES. (1)

Audienda nobis est etiam ex inimicis veritas: quia semper est utilis. Multa præmia Miltiadi Athenienses dederant, quod rempublicam liberavisset, totamque Græciam ornavisset. Castra movit, quod hostium exercitus adventaret. Scythis bellum intulit, quia civitates Græciae occupaverant. Tunc milites arma capiunt, quia per medium Italiam Pompejus exercitum transferebat.

Capitis plectuntur milites, quod opprimunda reipublicæ consilium capiant. Res benè se habent, quod per bonos mores regantur.

Themistocles exilio decem annorum damna-

---

(1) El *quod* se traduce con *por* y *por haber* indeterminado, si denota el motivo para obrar. Tambien se traduce *porque* determinado en tiempos de indicativo. Lo mismo se dice de *quia* ó *quoniam*, *ob*, *propter* y otros modos pocos usados. v. g. Veritas la verdad audienda est se ha de oir etiam ex inimicis aun de los enemigos, quia semper est utilis porque siempre es útil.

ius est, quod societatem cum rege Persarum ad Græcian opprimendam fecisset.

C. Canius perpetuo in amicitia romanorum permanserat, quod pars quædam Italiae defecisset. Varus in sequenti nocte equites præmittit, quia pedites prælium committere vix poterant. At quoniam L. Piso censor sese iturum ad Cæsarem promittit, summum obtinet imperium. Lentulus veterem amicitiam commemorat, Cæsarisque in se beneficia esponit, quod per eum in collegium Pontificum venerat, quod provinciam hispanam ex prætura habuerat, quod in petitione consulatus ab eo sublevatus erat. Sed et Annibalem eò periisse lætatus sum, quod, si ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus.


Itaque primùm tibi gratias ago, quod me omni molestia liberas.

Odi istum puerum, quia malis amicus est.

Opes invisæ meritò sunt forti viro,  
Quia dives arca veram laudem intercipit.

Sic est locutus, partibus factis, leo;  
Ego primam tollo, nominor quia leo;  
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi:  
Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia.  
Qui pretium meriti ab improbis desiderat,  
Bis peccat; primùm quoniam indignos adjuvat,  
Impunè deindè abire quia jam non potest.

Parcè gaudere oportet & sensim queri,  
Totam quia vitam miscet dolor & gaudium.



**PHÆDRI**

**FABULARVM**

**PROLOGUS**

**AD EUTYCHUM.**

**F**aedri libellos legere si desideras,  
Vaces oportet, Eutyche, à negotiis, (1)  
Ut liber animus sentiat vim carminis.  
Verum, inquis, tanti non est ingenium tuum, (2)  
Momentum ut horæ pereat officii mei.  
Fortasse dices: Aliquæ venient feriae,  
Quæ me, soluto pectore, (3) ad studium vocent.

(1) Vaces à negotiis *estés desocupado*. (2) tanti non est ingenium taum *no interesa tanto tu ingenio*.  
(3) soluto pectore *libre y desembarazadamente*.

Legesne, quæso, potius viles nenia,  
Impendas curam quam rei domesticæ,  
Reddas amiciis tempora, uxori vaces, (1)  
Animum relaxes, otium des corpori,  
Ut adsuetam fortius præstes vicem?  
Mutandum tibi propositum est & vitæ genus,  
Intrare si Musarum limen cogitas.

---

Librum exarabo tertium Esopi stilo,  
Honori & meritis dedicans illum tuis.  
Quem si leges, lætabor; sin autem minus, (2)  
Habebunt certè, quo se oblectent, posteri.  
Nunc fabularum cur sit inventum genus,  
Brevi docebo. Servitus obnoxia  
Quia, quæ volebat, non audebat dicere,  
Affectus propios in fabellas transtulit,  
Calumniamque fictis elusit jocis.

### *Naufragium Simonidis*

Homo doctus in se semper divitias habet.  
Simonides, qui scripsit egregium melos,  
Quò paupertatem sustineret facilius,  
Circumire cœpit urbes Asiae nobiles,  
Mercede pacta laudem victorum canens.  
Hoc genere quæstus postquam locuples factus  
(est,

---

(1) Uxori vaces te dediques al cuidado de tu mujer.

(2) Sin autem minus pero sino.

Venire in patriam voluit curso pelagio ; (1)  
(Erat autem natus, ut ajunt, in Ceo insula)  
Ascendit navem, quam tempestas horrida,  
Simul & vetustas medio dissolvit mari,  
Hi zonas, illi res pretiosas colligunt,  
Subsidium vitæ. Quidam curiosior;  
Simonide, tu ex opibus nil sumis tuis?  
Mecum, inquit, mea sunt cuncta. Tum pauci  
enatant,  
Quia plures onere degravati perierunt.

*Asinus ad senem Pastorem.*

In principatu commutando civium,  
Nihil praeter domini nomen mutant pauperes.  
Id esse verum parva haec fabella indicat.

¶ Asellum in prato timidus pascebatur Senex;  
In hostium clamore subito territus  
Suadebat Asino fugere, ne possent capi.  
At ille lentus, « Quæso, num binas mihi  
Clitellas impositurum victorem putas?  
Senex negavit. Ergo quid refert mea,  
Cui serviam, clitellas dum portem meas?

*Ranae regem petentes.*

Athenæ cum florerent æquis legibus,  
Procax libertas civitatem miscuit,  
Frenumque solvit pristinum litencia.  
Hinc conspiratis factionum partibus,

---

(1) *Curso pelagio por el mar.*

Arcem tyrannus occupat Pisistratus.  
Quum tristem servitutem flerent Attici,  
Non quia crudelis ille, sed quoniam grave  
Omne insuetis onus, & cœpissent queri;  
Æsopus talem tūm fabellam retulit.

¶ Ranae vagantes liberis paludibus,  
Clamore magno regem petiere à Jove.  
Pater Deorum risit, atque illis dedit  
Parvum tigilum, missum quod subito vadi  
Motu sonoque terruit pavidum genus.  
Hoc mersum limo quum jaceret diutiūs,  
Malum perfecte. Vos quoque, o cives, ait,  
Hoc sustinete, majus ne eveniat malum.

*Formica et Musca.*

Formica et Musca contendebant acriter,  
Quæ pluris esset. Musca sic cœpit prior:  
Conferre nostris tu potest laudibus?  
Ubi immolatur, exta prægusto Deūm:  
Moror inter aras; templa per lustra omnia;  
In capite regis sedeo, cum visum est mihi:  
Laboro nihil, atque optimis rebus fruor:  
Quid horum simile tibi contigit, rustica?  
Est glriosus sanè convictus Deūm  
Sed illi, qui invitatur, non qui invisus est;  
(*In Regis memoras te sedere vertice?*)  
Ego granum in hyèmem cùm studiosè congero,  
Te circa murum video pasci stercore.  
Aras frequentas? nempè ambigeris quò venis.  
Nihil laboras? ideo, quum opus, nihil habes.  
Superba, jactas, tegere quod debet pudor.

Æstate me laces sis? quum bruma est, siles,  
Mori contractam quum te cogunt frigora,  
Me copiosa recipit incolumem Domus.  
Satis profectò retudi super viam.

*Milvus & Columbæ.*

Columbæ sæpè cum fugissent Milvum,  
Et celeritate pennæ vitassent necem,  
Consilium raptor vertit ad fallaciam,  
Et genus inerme tali decepit dolo.  
Quare sollicitum potius ævum ducitis,  
Quàm regem me creatis icto fœdere,  
Qui vos ab omni tu'as præstem injuria?  
Illæ credentes tradunt sese Milvo.  
Qui, regnum adeptus, cœpit vesci singulas,  
Et exercere imperium sævis unguibus.  
De reliquis tunc una: Merito plectimur.

*Frater & Soror.*

Præcepto monitus sæpe te considera.  
¶ Habebat quidam filiam turpissimam,  
Itidemque insigni & pulera facie filium.  
Hi, speculum in cathedra matris ut positum  
fuit,  
Pueriliter ludentes forte inspexerant.  
Hic se formosum jactat, illa irascitur,  
Nec gloriantis sustinet fratris jocos,  
Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.  
Ergo ad patrem eucurrit, læsura invicem  
Magnâque invidia criminatur filium,

Vir natus quòd rem fœminarum tetigerit. (1)  
Amplexus utrumque ille, & carpens oscula,  
Dulcemque in ambos caritatem partiens,  
Quotidie, inquit, speculo vos uti volo,  
Tu formam ne corrumpas nequitiæ malis,  
Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.

*Homo & Culubra.*

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.  
Gelu rigentem quidam Colubram sustulit,  
Sinuque sovit contra se ipse misericors.  
Namque ut refecta est, necnihil hominem protinus.  
Hanc alii cum rogarent causam facinoris,  
Respondit: Ne quis discat prodeesse improbis.

*Capellæ & Hirci.*

Barbam Capellæ quum impetrasset ab Jove,  
Hirci mœrentes indignari cœperant,  
Quòd dignitatem fœminæ æquassent suam;  
Sinite, inquit, illas gloria vana frui,  
Et usurpare vestri ornatum muneris,  
Pares dum non sint vestræ fortitudinis.

¶ Hoc argumentum monet, ut sustineas tibi  
Habitu esse similes, qui sunt virtute impares.

*Leo regnans.*

Utilius homini nihil est, quám rectè loqui;  
Probanda cunctis est quidem sententia;

---

(1) *Rem fœminarum* los adornos, los vestidos  
y composturas de las hembras.

Sed ad perniciem solet agi sinceritas.

Quum se ferarum regem fecisset Leo,  
Et æquitatis vellet famam consequi,  
A pristina deflexit consuetudine,  
Atque inter illas tenui contentus cibo,  
Sancta incorruptâ jura reddebat fide.

*Lupus & Vulpes, judice Simio.*

Quicumque turpi fraude semel innotuit,  
Etiamsi verum dicit, amittit fidem.  
Hoc adtestatur brevis Æsopi fabula.

¶ Lupus arguebat Vulpem farti criminis,  
Negabat illa, se esse culpæ proximam.  
Tunc judex inter illos sedit Simius.  
Uterque caussam cum perorasent suam.  
Dixisse fertur Simius sententiam:  
Tu non videris perdidisse quod petis;  
Te credo surripuisse, quod pulcrè negas.

*Cervus ad fontem.*

Ad fontem Cervus quum bibisset, restitit  
Et in liquore vidi effigiem suam.  
Ibi dum ramosa mirans laudat cornua,  
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat,  
Venantum subito vocibus conterritus,  
Per campum fugere cœpit, & cursu leví  
Canes elusit. Silva tum excepit ferum,  
In qua retentis impeditus cornibus,  
uacerari cœpit morsibus sævis canum.  
Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur:

¡O me infelicem, qui nunc demum intelligo,  
Ut illa mihi profuerint, quæ despexeram,  
Et quæ laudaram, quantum luctus habuerint!

*Lepores et Ranæ.*

Qui sustinere non potest suum malum,  
Alios inspiciat, et discat tolerantiam.  
Aliquando in silvis strepitu magno conciti  
Lepores clamant, se propter assiduos metus  
Finire velle vitam. Sic quemdam ad lacum  
Venerunt miseri, quo se præcipites darent;  
Adventu quorum postquam Ranæ territæ  
Virides in algas misere fugientes ruunt:  
Heu! inquit unus; sunt allii, quos timor  
Vexat malorum. Ferte vitam, ut cæteri.

*Canis fidelis.*

Repente liberalis stultis gratus est;  
Verum peritis irritos tendit dolos.

Nocturnus cùm fur panem misisset cani,  
Objecto tentans an cibo posset capi:  
Heus! inquit, linguam vis meam præcludere,  
Ne latrem pro re Dòmini: multùm falleris.  
Namque ista súbita me jubet benignitas  
Vigilare, facias ne mea culpâ lucrum.

*Vulpes, et Aquila.*

Quamvis sublimes, debent humiles metuere,  
Vindicta dòcili quia patet solertiae.

Vulpinos cátulos Aquila quondam sústulit,  
Nidóque pósuit pullis, escam ut cárperent.  
Hanc persecùta mater orare ícipit,  
Ne tantum miseræ luctum importáret sibi.  
Contémpsit ill'a, tuta quippe ipso loco.  
Vulpes ab arâ rapuit ardéntem facem,  
Totâmque flammis árborem circúmdedit,  
Hosti dolôrem damno miscens sanguinis.  
Aquila, ut periculo mortis eriperet suos,  
Incólumes natos supplex Vulpi reddidit.

*Asinus et Galli.*

Qui natus est infelix, non vitam modò  
Tristem decúrrit; verùm post obitum quoque  
Perséquitur illum dura fati misèria.

Galli Cybeles circum in quaestus dúcere  
Asinum solebant, bayulálem sárcinas.  
Is cùm labôre et plagis esset mortuus,  
Detrácta pelle sibi fecérunt tympana.  
Rogati mox à quodam delicio suo,  
Quidnam fecíssent, hoc loquuti sunt modo:  
Putâbat se post mortem secûrum fore,  
Ecce áliæ plagæ congerúntur mórtuo.



**TRATADO  
DE IDIOTISMOS  
Y LOCUCIONES LATINAS  
MODIFICADAS  
Y EXPRESADAS CON ADVERBIOS,  
CONJUNCIONES Y VOCES,  
LLAMADAS COMUNMENTE,  
PARTÍCULAS  
DE LA LENGUA LATINA,  
QUE ADORNAN LA ORACION  
Y DAN GRACIA, BRILLANTEZ Y HERMOSURA  
AL PERIODO,  
Y MANIFIESTAN EL BUEN GUSTO,  
SUAVIDAD Y BELLEZA  
DEL ESTILO Y DEL HYPERBATON,  
EN PROSA Y VERSO.**

## ADVERTENCIA.

---

En este tratadito teórico-práctico de las *partículas de la lengua latina*, las mas usuales y comunes, se presenta un grado mayor de elegancia y por consiguiente de dificultad para los principiantes. Así se forma la escala gradual de las locuciones, frases y modismos, y se va desenvolviendo poco á poco toda la riqueza, dificultad y hermosura de esta lengua.

Aquí se ven ya perioditos mas numerosos y rotundos y locuciones mas difíciles y armoniosas.

Las *partículas* forman y dan fuerza á aquella unión íntima que deben tener las cláusulas y los períodos entre sí. Las *partículas* son la parte mas esencial del estudio de la lengua. Quintiliano dice, que «en ella consiste la energía, claridad y perspicuidad del raciocinio, y encarga á los profesores que las hagan conocer bien á sus discípulos.»

El buen gusto que comunican al lenguaje las *partículas*, no se puede conocer ni expresar en las reglas, sino en los mismos períodos y en la hermosura y gracia del testo latino.

## PARTÍCULAS LATINAS.

ET, ET, CUM, CUM, TUM, TUM, MAXIME,  
TUM PRÆCIPUE, TUM IMPRIMUS, TUM VEL MA-  
XIME. (1)

Ego te amo mirum in modum et pruden-  
tia tua, et eximia præcipue in me benevolentia.

Et Aulo Trebonio, et Cajo Fabio multos an-  
nos utor valde familiaritèr. T. Ampius & suo  
splendore & sua humanitate mihi semper gra-  
tiosissimus in provincia fuit: nam ejus cùm  
familiaritas, cùm consuetudo imprimis jucun-  
dissima esse cœpit. Is spem mihi magnam asse-  
rebat cùm summæ bonitatis, cùm summi ho-  
noris. Et in nostris negotiis fidelis maximè fuit,  
et nos omnes semper dilexit. Nihil mihi et me-  
lius et jueundius fieri potest. Itaque eum amo,  
semperque amavi & suis virtutibus & sua hu-  
manitate & jucundissima præsertim in me pie-  
tate. Et in Atilii negotio te amavi: cum enim  
serò venissem, tamen honestum equitem ro-  
manum beneficio tuo conservavi.

Marco Fabio, viro optimo et homine doc-  
tissimo, familiarissimè utor, mirificeque eum  
diligo, cùm propter summum ejus ingenium,

---

(1) Se traducen así: *et ya ó lo uno, et ya ó lo otro*, lo mismo se traduce el *cum* repetido: *tum maxime, &c.* principalmente ó en primer lugar.

summamque doctrinam, tūm propter singula-  
rem modestiam. Maximā sum lātitia affectus:  
nam cūm te semper dilexi, amavique tum au-  
divi te consulem factum esse: magnoque gau-  
dio mirum in modum afficior cūm me ipsius  
caussā, tūm quōd te omnibus secundissimis re-  
bus dignissimum judico, cujus erga me singu-  
larem benevolentiam vel in labore meo, vel in  
honore perspexi: totam denique domum ves-  
trām vel salutis, vel dignitatis meae studiosissi-  
mam, cupidissimamque cognovi. Exspecta igi-  
tur hospitem cūm minime edacem, tūm ini-  
micum cōnis sumptuosis.

Luxuria cūm omni ætati turpis, tūm maxi-  
mè senectuti fædissima est. Sollicitum esse te  
cūm de tuis communibusque fortunis, tūm ma-  
ximè de te ac dolore meo sentio. Servos cūm  
omnibus in locis, tūm præcipue in provinciis  
regere debemus. Lentulum nostrum cūm cæ-  
teris artibus, tūm imprimis imitatione tui fac-  
erudas. Hoc ego cūm reipublicæ causā face-  
re censebam, tūm imprimis retinendæ digni-  
tatis tuæ. Cūm alia multa certi homines, tūm  
hoc vel maxime moluntur. Cūm tua et mea  
valde interest te valere, tūm multis est curæ.  
Cūm gratulor, tūm vero, quibus verbis tibi  
gratias agam, non reperio.

Cūm mihi grata sunt, quæ tu adductus mea  
commendatione fecisti, tūm imprimis quōd M.  
Marcilium amici atque interpretis mei filium  
liberalissimè tractavisti. Ego cūm antea com-  
mendabam Marcilium, tunc multò nunc stu-

diosius, quod singularem et pene incredibilem patris fidem, abstinentiam, modestiamque cognovi. Ejus consuetudo cum mihi jucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valedudine meorum, in qua mihi cum ipsa scientia, tum etiam fidelitate, benevolentiaque satisfecit.

Miltiades cum divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses.

AT, ATQUE, AT ENIM AUTEM, VERO,  
QUIDEM, EQUIDEM. (1)

Vidi ego, Judices, auctoritatem hujus ordinis. At quae est ista tertia Decuria? At videte hominis hujus audaciam. Misi profecto qui hoc diceret; at ille, vobis audientibus, gratias agit. At ego non ego, teque in isto ipso convinco. Crebras a nobis litteras exspecta, ast plures etiam mittito. At ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis. At laetus sum. Quid ergo? in tanta laetitia cunctae civitatis me unum tristem esse oportebat. Quid ita? ne vitiosum fieret opus. At erat probatio tua. Ne multum locuples esses? at eras et esses amplius, si velles. Domus tibi deerat? at habebas: pecunia supe-

---

(1) *At y atque en principio de periodo significan mas, tambien: en medio pero: lo mismo se dice de at enim, autem, vero; á veces se usan en lugar de saltem. Quidem y equidem son afirmativas y significan verdaderamente: equidem está en lugar de ego quidem hablando en primera persona.*

rabit? at egebas. Miror equidem. Milo itaque antevertit, at quo die? Una oppugnat mater, at quæ mater? At per Deos immortales quid est quod de hoc dici potest?

Non defendisti Posthumium? Si ita est, ægrè fero; nam si non propinquitatis, at ætatis, si non hominis, at humanitatis rationem haberes. Esse omnia si minus re, at verbis consecutus. At vero aut honoribus auctus, aut re familiari opulentus in nostram civitatem venisses. At vero hæc tua justitia florescit in dies magis. At enim te in disciplinam meam tridderas? næ tu, si id fecisses, non erravisses. At enim nihil novi fiat contra exempla atque instituta majorum. At enim vereor, ne hoc imprimis hagas. Plures enim fortasse nobiscum erunt, et ut arbitror diutiùs ibi commorabimur. Ego vero te clarissimum virum esse fateor. Tu vero fac, ut te quamprimum videam. Vives igitur unâ cum patre tuo: at vero consolabor te in doloribus omnibus.

Num quis testis Posthumium appellavit? testis autem? Sed ferendus tibi in hoc meus error. Ferendus autem? immo etiam adjuvandus.

Non dubitabam equidem quin tū ad nos venires. Evidem vim lacrymarum profudi. Ego vellem adfuisses. Evidem exspectabam jam litteras tuas. Sic equidem diligentius ista loquemur inter nos. Per me equidem sint omnia protinus alba.

Quid de servuli tui delicto? Verbo ille reus erat, re quidem Oppianicus.

Non equidem invideo; miror magis: undique  
Usque adeo turbatur agris. (totis

SI, SIN, SIN AUTEM, SIN MINUS, SIN  
ALITER: NI, NISI, SIVE, SEU. (1)

Si pulcher est hic mundus, si probus arti-  
fex, profectò speciem æternitatis imitari vo-  
luit. Si nulla res est, quæ bonorum animos ve-  
hementè possit intendere, hæc certè est.

Nos quotidie tabellarios nostros exspecta-  
mus, qui si venerint, fortasse erimus certio-  
res quid nobis faciendum sit.

Si me audies, inimicitias vitabis. Gratissi-  
mum mihi feceris, si uxori tuæ meis verbis  
gratulatus eris. Si hortos inspexeris, dederis  
mihi quod ad te scribam; si minus, scribam  
tamen aliquid. Neminem magis in senectufe,  
si modo senescere possem, æmulari velim. Si  
adsunt amici, honestissimi sermones esplican-  
tur; si non, liber legitur. Si Antonius mihi  
veniam, quam peto, dederit utar illius con-  
ditione; si minus, impetrabo aliquid à me ipso.  
Redeam? non, si me obsecret.

Si Antonius vir fortis esse volet, virtutem  
amabit; sin autem, erit qui solet. Si ita est,  
omnia inveniet faciliora; sin aliter, magnum

---

(1) *Si* significa si: *sin* pero si: *sin autem*, sin  
*minus*, *sin aliter* pero sino: *ni*, *nisi* sino, á no ser  
*que*: *sive*, seu bien sea que, *si es que*, bien que unas  
veces, otras &c.

habet negotium. Si perfecerit, optime; sin minus, nihil ad me. Sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, ipsa senectus concipit dedecus.

Q. fratrem meum. si me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me. Si planè à nobis deficis, ægrè fero; sin Pansæ assentiri volueris, ignosco. Tu, si modo es Romæ, vix enim puto; hoc vehementer animadvertas velim. Sin tu (quod te jam dudum hortor) exieris, exhaustetur ex urbe tuorum comitum magna & perniciosa sentina reipublicæ. Si enim libertatem sequimur, ¿qui locus hoc dominatus vacat? Sin qualemcumque locum, ¿quis est domestica sede jucundior? Sin te tanta mala reipublicæ frangunt, non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum ipse me non possim consolari. Sin homo amens diripiendam urbem daturus est, vereor, ut Dolabella ipse satis vobis prodesse possit. Sin mihi neque magistratum, neque senatum, neque populum auxiliari propter eam vim, quæ me cum republica vicit, licuerit, vide ne, cum velis rebocare tempus omnium tuorum conservandorum, non possis. Sin, ut scripsisti ad collegam, ita seres habet, omni curâ liberati sumus. Sin autem servire meæ laudi et gloriæ mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manlium: concita perditos cives, secerne te à bonis.

Si vincimus, omnia nobis tua erunt, commensus abundè, municipia atque coloniæ pa-

tebunt. Sia metu cesserimus, eadem illa ad-  
versa sient. Si hæc relinquere vultis, audaciā  
opus est. At ego vobis, si modo viri esse vul-  
tis, ratione ostendam, quā tanta mala effu-  
giatis. His omnibus, si respublica valeret,  
formidini essemus.

Si fuit hic animus nobis, ita parcite, Divi;  
Sia minus, alta cadens obrual unda caput.

Nisi quis nos Deus respexerit, et munus jus-  
titiae et exequi et tueri deberemus? Ni ita fie-  
ret, homo ne quod speret, quidem habet. Ava-  
rus nihil, nisi cum moritur, rectè facit. Sa-  
mum Themistocles cepisset, nisi à Timoteo  
et Iphicrate desertus esset. Verum tamen, ni  
puto, tūm ferè omnibus erat in ore, quanta  
hominum esset vel admiratio vel querela.

Ignoscite Cethegi adolescentiæ, nisi iterum  
jam patriæ bellum gessit.

Isto loco uti libenter soleo, sive quid me-  
cum cogito, sive aliquid scribo. Sive me amas,  
sive odisti, non magni aestimo. Sive taceam,  
sive loquar, scio te esse inimicissimum mei.  
Sive adhibueris medicum, sive non, conva-  
lesces. Sive tua verba referent ad me, sive  
non, mea tamen tibi benevolentia, fidesque  
præstabilur.

Romani in tantas brevi creverant opes, seu  
maritimis, seu terrestribus fructibus, seu mul-  
titudinis incremento, seu satietate disciplinæ,  
ut nihil præter civitatem excellentius putarent.

Milites seu vere, quam habuerunt, opinionem  
perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt.

Noli vereri. At ille: Facerem meherculè,  
Nisi esse scirem carnis te cupidum meæ.  
Tuum libentè prorsus adpeterem cibum,  
Nisi qui nutritus illo est, jugulatus foret.

Sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam  
Jure; tibi grates, candide lector, ago.

Seu me diligitis, tantos compescite fluctus,  
Pronaque sint nostræ numina vestra rati.

CUR, NIHIL EST QUOD VEL CUR VEL  
QUARE: NIHIL TANTI EST, UT VEL QUO. (1)

Pulchritudo mundi indicat satis ipso aspectu  
ea omnia non esse fortuita et cogit nos con-  
fiteri naturam esse aliquam præstantem, æter-  
namque, quæ sit admiranda humano generi.  
Id satis esse argumentum dixisti, cur esse Deum  
confiteremur. Affer rationem, cur hæc dicas.  
Nihil est quòd mundum æternum esse credas.  
Deus unus æternus est.

¿Qur Maximus extulit filium consularem?  
¿Cur Marcellum Annibal interemit?

Quid est, Q. Nasso, cur tu in isto loco se-  
deas? Quid est caussæ, cur non pertimescas?

---

(1) Cur, sea en pregunta ó raciocinando signifi-  
ca por qué: nihil est quod vel cur vel quare, significa  
no hay por qué, no hay motivo para: nihil est tanti  
ut vel quo: no importa tanto que ó no es de tanto  
interés que &c.

Non fuit causa, cur in meis rebus tantum laborem caperes. Quòd si tibi nulla causa est, cur hunc hominem tanta calamitate opprimere vel potius mactare velis? Quae est, inquam, causa, cur istum senem tam duro suppicio punire jubeas? In viam quòd te des hoc tempore, nihil est. Quòd huc properes, nihil est. Quid est quòd de A. Licinii civitate dubites? Nihil est quòd adventum nostrum extimescas. Nihil est autem quòd ex meis litteris, quas proximè ad te misi, tantam, tamque incredibilem voluptatem percipias. Nihil est, cur de Ausidii familiaritate me tam acerbè objurges. Non tanti est, ut statim profectionis consilium capias. De tuis rebus nihil est quòd timeas.

Nihil est quòd ad te litteras de hac re mittamus. Quid est quòd nos tantis in laboribus exerceamus? Nihil est quòd de hac re plura scribantur.

Nihil tamen tanti, ut à te abesse, fuit. Tibi Piso certè tanti non fuisset, ut socium fraudares. Tanti non fuit Arsacen capere, ut earum rerum, quæ hic gestæ sunt, spectaculo careres. Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram.

Cur aquam turbulentam fecisti mihi?

Attende cur negare cupidis debeas,  
Modestis etiam offerre quod non petierint.

POSTQUAM, POSTEAQUAM, SIMUL AC,  
SIMUL ATQUE VEL UT, UT PRIMUM, UBI PRI-  
MUM, UT, UBI, (1)

Postquam tuam accepi epistolam, librum ad te misi, rerumque omnium te certiores feci.

At, postquam aspexi, illico cognovi tabellarium nostrum. Postquam introiit, ex templō ejus morbum cognovi miser.

Postea verò quām Romā profectus es, gloriam certè nullam exspectare potes. Postea tamen quām de medio cursu reipublicae sum voce revocatus, ad urbem properabam. Héri non multò pòst quām tu à me discessisti, frater tuus repente quæsivit, nūm Balbum vidisem.

Milites obediunt, simul ac imperator vocavit eos. Jam primūm juventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat. Sulmonenses, simul atque signa nostra viderunt, portas aperuerunt. Quod simul atque imperator sensit, copias omnes eduxit, ad urbemque eas possuit.

Simul ut video Ciceronem, perlittere scribam ad te de omnibus rebus.

Sed ubi primūm rebus novandis spes oblata est, vetus certamen animos eorum arrexis.

---

(1) Estas particulares expresan los modos que tienen las oraciones de gerundio en indicativo y se traducen *luego que*, *despues que*.

Volturtius deinde, ubi à legatis desertus est, velut hostibus sese prætoribus dedit.

Ut primùm Oppianicus cœpit suspicari, statim se ad hominis egenis familiaritatem applicavit.

Ut ab urbe discessi, nullum prætermisdiem, quin aliquid ad te litterarum darem. Ut semel Piræo exivi, omnes peragravi insulas. Ut libros illos edidisti, nihil à te sanè postea accepimus. Philipus, ut heri me salutavit, statim Romam profectus est. Ut Hostilius cecidit, confestim romana inclinavit acies.

Imperator castra movit, ubi galli cantum audivit. Hæc ubi legati perlucere, castris illi-co Afranius producit omnem exercitum. Ubi primùm te ægrelare cognovi, in castra iter facere cœpi. Ubi dolorem ex amicorum injuriis cognovi, tūm eos hortatus sum. Sed ubi mortuum patris tui illis nuntiavi, multo eos consolatus suū amore. At ubi Cæsaris castra posita esse animadvertere, milites sese subito proripiant.

---

Homo in periculum simulac venit, callidus  
Reperire effugium alterius querit malo. <sup>(1)</sup>

At illa <sup>(1)</sup> vires ut refecit languidas,

Veloci saltu foyea sese liberat,

Et in cubile concito properat gradu.

---

(1) *At illa suple Panthera.*

## UT, UTI, VELUT, VELUTI. (1)

Antonius, ut scribis, in itinere est. Sed, ut res est, indulge valetudini. Nam uti initium, sic finis est.

Legati rem omnem, uti cognoverant, apre-  
riunt. Qui, uti cuiusque ingenium erat, ita  
rem difficilem aut facilem renunciarunt. Cice-  
ro L. Valerio et C. Pømpitino prætoribus im-  
perat, ut cætera, uti opus sit, ita agant. Sed  
uti in urbe, retinenda nunc, sic tunc in Italia  
non reliquenda erit uxor illius.

Bestiæ, quæ gignuntur è terra, veluti Cro-  
codili, nullam habent cognitionem justitiæ.  
Velut in cantu et fidibus, quæ harmonia dici-  
tur sic ex corporis totius natura et figura va-  
rios motus cieri videmus. Non elogia monu-  
mentorum verissimum desiderium significant,  
veluti hoc ad portam. Absentis Ariovisti cru-  
delitatem, velut si coram adisset, horre-  
bant Sequani. Veluti si urbem exemplò ag-

---

(1) Estas partículas se usan ahora como demo-  
strativas ó comparativas, porque sirven para compa-  
rar ó demostrar por medio de ejemplos y similes, y  
se traducen *como*, *así como*, *á la manera que*, &c.  
Ya hemos considerado antes las de *ut*, *uti* como per-  
tenecientes á las *finales*, *de acontecimiento* y á las  
*de gerundio de pretérito* y *de tantus talis*. Resta ex-  
aminarlas como *concesivas* y *admirativas* para pre-  
sentar todas sus *frases* y *variaciones*.

gressurus Scipio foret, ita ad arma est clamatum.

UT, ITA, SIC, UT MAXIME, ITA ET  
MAXIME, UT, NEVE, NEU. (1)

Ut quisque ætate antecellit, ita sententiae principatum obtinet. Ut quisque animi magnitudine maximè excellit, ita ex maximè vult princeps omnium vel potius solus esse.

Ut quisque miser est, ita senior videtur. Ut se initia dederint, ita finis erit.

Ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficilissimis: neque Cesari solum, sed etiam amicis ejus omnibus, quos mihi amicissimos esse cognovi, pro te, sicut adhuc feci, libentissime suplicabo. Ac, ne ignores quid in tuis litteris desiderarim, scribam aperte, sicut & mea natura & nostra amicitia postulat.

Pompejus suis prædixerat, ut Cesaris impetum exciperent, neve se loco moverent. Caesar munitiones auxit, ut pro muro objectas haberet, neu pugnare invitus cogeretur. Legati imperatorem cohortantur, magno sit animo, neu dubitet prælium committere.

---

(1) *Ut* significa así como: *ita, sic* así: *ut maximè* correspondiendo á *ita et maximè* significa así como principalmente; *ita et del mismo modo: neve, neu,* perteneciendo al *ut*, significan ó que no y para que no.

UT, ¡UT! VEL, VEL, QUAM, QUAM! (1)

Ut nullas ad te litteras mitterem, poteras tamen cognoscere et quæ vellemus et quæ istic faceremus. Nostra autem negotia, ut ego absim, confici possunt. Te sic semper colam et tuebor, ut quem diligentissimè.

Ut enim rationem Plato nullam afferret, (vide quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret. Ut superioram omillam, hoc certè, quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo. Verum ut ita sit, tamen non omnia dicam. Quod si pacis hoc est, timoris nostri nomen Pompejus audierit, ut non referat pedem, insistet certè.

Ut pueri efferuntur laetitia, cum vicerint!  
¡Ut pudet victos! ¡Ut acusari nolunt!

¡Cn. autem noster (o rem misseram & incredibilem) ut totus jacet! ¡Ut sàpè summa ingenia in occulto latent! ¡Ut ego te nunc

---

(1) Aquí vemos la particula *ut* concesiva, admirativa é interrogativa: en el primer caso se traduce *aunque, puesto, con tal que*. En el segundo, *como ó cuanto* en sentido de admirar. En el tercero, *como ó lo uno, vel lo otro: vel, unas veces, vel otras*. Tambien equivale á *præsertim ó saltē* y se usa en lugar de *etiam* como demostrativa y se junta á los superlativos para dar elegancia. En principio de diccion es particula de indignacion. *Quam* es comparativa y se traduce *que, cuan ó cuanto,*

conspicio lubens! Ut præ lætitia lacrime pro-siliunt mihi! ¿ Ut vales? ¿ Ut meministi nostri?

Ut vidi! ut perii! jut me malus abstulit error!

Res rusticas vel fructus causa, vel oblec-tationis invisere soleo.

Multorum vel honoris, vel periculo inservire potuisti. Sunt ista quidem tua merita, C. Ce-sar, vel magna vel potius maxima. Adest Cu-rio, cuius ego industriæ fayeo vel propter propinquam cognationem, vel quod ejus inge-nio delector. Hanc epistolam tu mihi, vel vi, vel clām, vel precariō fac tradas. Quām sint morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod litteræ sunt librarii manu.

Earum rerum omnium vel imprimis hic A. Licinius fructum à me repetere prope suo ju-re debet. Nam ejus operā, consilio, scientiā rei militaris vel maximè intelligo me & rem-publicam adjuvari posse. Vel quod multo mi-nus erat ferendum, scelestissimos homines am-plissimis honoribus privavissem, vel meo ip-sius interitu. Vel quod ait Lucejus L. Flac-cum sibi dare cupisse, Drusus non accepit. Vel quod est in eodem decreto scriptum, præ-tor non fecit. Nam isto modo vel consulatus vi-tuperabilis est. Itaque consulatum non petivi, vel illo asperrimo judice petente. Per me vel stertas licet, non modò quiescas. Videbis ad-huc post legem tribunitiam senatorem unum

vel tenuissimum esse damnatum. Cum Sophocles vel optimè scripserit de bestiarum pietate, misericordiam adhibemus vel maximè feris.

Sed te contempti generis animal improbum,  
Quæ delectaris bibere sanguinem humanum,  
Optem necare vel majore incommodo.

Majorem voluptatem cepi ex litteris quām ex divitiis. Sapientior quidem est Crassus quām Metellus. Neminem vidi clariorem quām te ipsum. Innocentior es quām tu judicabas. Plus tibi virtus tua dedit, quām fortuna abstulit. Nam si ea, quæ acciderunt, ita fers, ut audio, gratulari magis virtuti debo, quām consolari dolorem tuum. Dicam tamen verè: plus, quām acceperas, reddidisti. Hæc mihi ampliora multò sunt, quām illa ipsa, propter quæ hæc elaborantur.

Ex amicorum litteris te, quām ex meis malo cognoscere hanc totam rem, eamque facilius tu perspicere potuisti, quām cæteri omnes. Studia mea erga te, quibus certè nulla esse majora potuerunt, tibi magis grata esse, quām ego putavi fore, minime miror, vehementerque lætor. Sed tamen sic velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quām si intellexero, per te illum ipsum negotium ex sententia (1) confecisse.

---

(1) Ex sententia à su gusto, à medida de su deseo.

Miltiades erat dignitate regia: neque id magis imperio, quām justitiā consecutus est.

¡Quām non est facilis virtus! ¡Quām nihil prætermittis in consilio dando! ¡Quām timeo quorsum evadas!

Quām cupiunt homines laudari! Quām sese efferunt in potiundis voluptatibus! ¡Quām facile pueri libidinibus suis in pejus ducuntur! ¡Quām molestus vobis essem, si omnia horum vitia explicarem! Quām falsò de me suspicantur amici! ¡Quām vehementer errat, qui me fortunatissimum existimet! ¡Eheu! ¡quām ego nunc totus displiceo mihi!

¡Quām pudet homines pauperes ac miserimos videri! ¡Quām multa injusta ac prava fiunt moribus! ¡Quām tristis est Clinia mea! ¡Sed non temerè est! ¡Quām vellem Menedēnum invitatum, ut nobiscum esset hodie!

Quām multa et quidem gratissima, Cæsar, mihi fecisti! Ita te Dii ament. ¿Quid? jam illa cupiditas, quæ videtur esse liberalior, honoris, imperii, provinciarum, quām dura est domina! quām imperiosa! quām vehemens! ¿Quid? quām est illa misera, quām dura servitus!

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?  
¡Quām ferus et verè ferreus ille fuit!

¡Quām potius laudandus hic est, quem, prole parata,  
Occupat in parvâ pigra senecta cavâ!

Musca in temone sedit, & Mulam inerepans  
Quām tarda es! inquit; ¿non vis citius progredi?

UT, UTINAN, NÆ, UTIQUE. (1)

Dices enim, ut es homo facetus. Ille, ut seit semper apertissimus, non se purgavit, sed indicavit. Homo, ut erat furiosus, respondit. Illi quidem, ut est hominum genus nimis acutum & suspiciosum, arbitrabantur fore, ut non ad nos venires. Næ illi vehementer errant. Ut illum Dii Deæque perdant! Utinam saluti nostræ consulere possemus: dignitati certè nos consulemus. Dii faxint ut te firmissimum quam primùm videam. Utinam ea res nobis voluptati sit; gloriæ quidem video fore. Atque hoc utinam à principio tibi placuisset, profectò maximam voluptatem cepisses. Utinam tu Antonium eodem die cognovisses. Utinam librum meum accepisses, næ ego istas litteras tibi dedissem. Illas utinam ne verè scripsissem. Has ad te die natali meo scripsi, quo utinam susceptus non essem. Utique ad me tabellarios mittas. Illud vero scire cupio. Eodem die, utique postridie, multa vobis nuntiabo. Nam & Pyliæ satisfaciendum est, & utique Atticæ. Velim M. Varronis & Lolii mittas laudationem, Lolii utique. Velim antè possis; sin minus,

---

(1) Aquí el *ut* está en indicativo por *ut pote*; en sujuntivo por *utinam*, y se traduce *como, ojalá que*. El *utinam*, se traduce *ójala que, quiera Dios que, &*. El *næ*, se traduce *ciertamente, en verdad, por cierto*. El *utique* equivale a *certé y omnino*.

utique simul, cum veneris. Utinam tibi istam mentem Dii immortales darent. Adventum Menandri vehementer exspecto; qui utinam nobis solatio sit. Utinam reliqusem te non solum vitae meae superstitem, sed etiam dignitatis.

Quæso tam angustam talis vir ponis domum?  
Utinam, inquit, veris hanc amicis impleam!

JAM PRIDEM, JAM DUDUM, JAMDIU.  
JAM TUM. (1)

Cupio equidem & jam pridem cupio. Alexandriam visere. Jam pridem intellexi voluntatem tuam. Hic est consul prudentissimus, quem Cotta & Sulpicius jam pridem exspectant.

Ea, quam jam pridem tractabamus, stabilitas amicitiae me afficit maximo gaudio. Clinia, soror tua, jam pridem multa habet, quæ mirabilia sunt; nunc etiam, quæ laudet, exspectat. Tu es hucus rei jam inde à consulatu meo testis. Nullam rem gravius jamdiu tuli, quam incommodum tuum. Jam dudum haec tibi nunciare cupiebam.

Redditæ mihi jam tandem sunt à Cæsare litteræ. Nam jamdiu propter hyemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.

---

(1) *Jam pridem* &, se traduce ya hace tiempo. *Jam tum* entonces: *jam tandem*, finalmente, por fin, segun que ó denotan tiempo presente y pasado ó espacio y lugar distante ó próximo.

Conventus, qui initio celerabantur, fieri desierunt. Accidit ut te, quem jamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderem. Archias dixit ita se jam tum gessise pro cive. Sic quoque dicunt, qui omnes in judiciis publicis jam tum floruerunt. Ejus libertum jam tum equidem, cum ille viveret, & magnis faciebam et probabam.

AN, AN NE, AN VERÓ. (1)

¿An potest quisquam dubitare, quin Q. Ligarior in eadem sententia fuerit, in qua fratres fuerint? An vero clarissimum virum generis vestri ac nominis nemo reprendit, qui filium suum, vitâ privavit, ut in ceteris firmaret imperium.

¿An me censem, Patres Conscripti, decretrum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? ¿An potest ulla esse excusatio? ¿An ne licebit fœderatis, istud vobis non licebit? ¿An vero dubitamus quo modo iste cæteros homines inferiores loco solitus sit appellare? ¿Quid putem! contemplumne me? An vos pœnitet, quod salvum atque incolumen exercitum, nullâ omnino nave desiderata, transduxerit?

---

(1) Estas partículas se usan en principio de diccion para preguntar, instar ó negar, y se traducen *acaso, por ventura, con que*, segun que ó denotan duda, interrogacion, negacion ó equivalen á otras partículas que emplearon los latinos para instar ó negar.

¿An in senatu facilè detrahi posse credidit?  
¿An decertare mecum voluit? Postulo, mihi  
respondeas, qui sit iste Verrutius; mercator,  
an arator, aut pecuarius? Pater ejus rediit,  
an non?

¿Anvero tibi Romulus ille aut convenas con-  
gregasse, aut Sabinorum connubia conjunxis-  
se, aut finitimorum vim repressisse eloquen-  
tia videtur? ¿An ille tempus aut in Poetis  
voluntandis, aut in Musicis contereret? An ve-  
ro vir amplissimus P. Scipio Tiberium Gra-  
chum privatus interfecit? An invidiam poste-  
ritatis times?

Estne hoc Melibei pecus an tuum?

### MODO, SI MODO, MODO NE. (1)

Balbus noster nuper in Italiam profectus est.  
Quid dico! nuper? Immo vero modo, ac  
planè paullò ante. Modò enim ~~ibi~~ <sup>qui</sup> fuit Car-  
neades. In qua urbe modò gratia, auctorita-  
te et gloria floruimus, in ea nunc iis quidem  
omnibus caremus. Veniat modò, explicet no-  
bis Brutus, quo nunc imperatore utendum sit.  
Omnia ei obsequia polliceor, si modò rempu-  
blicam respicere volet. Modò facite ut illam

---

(1) La particula *modò* se refiere á tiempo pre-  
sente y pretérito próximo y se traduce *ahora, poco*  
*ha;* tambien equivale á *dummodo* y *non solum* y se  
traduce *no solo, con tal que.* *Modo ne* significa *con*  
*tal que no.*

servet. Contudi enim animum et fortasse viei, si modo permansero.

Hi, unum modo quale sit, suspicantur. Hæc res placet Peripateticis, et recte placet; modo ne laudarent iracundiam. Rem equidem tam libenter facerem, modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum, aut magnam modo ne reipublicæ perniciem afferat.

Non modo libenter sed etiam aequo animo audivi te non modo patrem meum non insimulavisse, sed ne vidisse quidem.

Qui modo securus nostra irridebas mala,  
Simili querella fata deploras tua.

TAM, QUAM, TOT, QUOT, TANTOPERE,  
QUANTOPERE. (1)

Tam sum amicus reipublicæ, quam qui maximè. Tam sum misericors, Judices, quam vos; tam lenis, quam qui lenissimus. Quæ quidem rès non tam expetenda fuit, quam tuenda nobis est.

Quot homines, tot causæ. Quidquid malum hic Pisistratus non fecerit, tam gratum est,

---

(1) *Tam, tanto, quam, cuanto ó como: tot, tantos, quat, cuantos ó como: tantoperè, tanto ó en tanto, quantoperè, como ó en cuanto &c. segun que denotan semejanza y conformidad ó se emplean para engrandecer ó ensalzar los objetos de nuestras ideas, ó dar algun desenlace al raciocinio por medios de comparaciones.*

quām si alium facere prohibuerit. Tam mihi gratum id erit, quām quod gratissimum. Xenophanes hospes tam te diligit, quām si vixerit tecum.

Cesar non tam in bellis et præliis, quām in promissis & fide firmiorem se præstítit. Neque enim tantoperè hanc a Crasso disputationem considerabam, quātoperè ejus oratione in causis delector. In quo tantoperè apud nostros culta justitia est, ut in qui virtutem amarunt illius viri. ¡Quid miserius, quām eum, qui tot annos, quo habet, designatus consul fuerit, fieri consulem non posse! Velle tam domestica ferre posse, quam ista contemnere.

### DONEC, DUM, DUMMOBO. (1)

Pompejus, dum erat in castris, disciplinam militarem commendabat. Dum bellum gerebat, imperatoriam dignitatem habebat.

Certum est Afranum urbem obsidere usque, dum legatus redierit. Dum Milo veniret, locum relinquere noltit Clodius.

Expecta, amabo te, dum Atticum conveniam. De Aufidio non puto te exspectare, dum scribam. Dum pericula ulla fuerint, Do-

---

(1) *Donec y dum* se traducen mientras que, en tanto que, siempre que; *dum modo* significa con tal que en sentido condicional y preventivo. Estas partículas ayudan mucho al discurso y dan mucha elegancia á las formas del lenguaje.

mitius in Syllæ præsidiis fuit. Quod nemo exspectasset, donec à praefecto annonæ tanta res ad senatum deferretur.

Consul edixit, nequis, donec in castris es-  
set, bona venderet.

Litteræ latinæ loquentur, dum hominum ge-  
nus erit. Sit summa in jure dicendo severitas, dummodo ne ea varietur gratia. Id ipsum  
scribas velim, te nihil habuisse, quod scribe-  
res, dummodo ne his verbis locutus fueris.

Tùm mœstus ille: Parvæ vindictam rei  
Dum quæro demens, servitutem reperi.

Donec eris felix, multos numerabis amicos.

TAMDIU, QUAMDIU, TAMDIU DUM VEL  
QUOAD VEL QUAM. (1)

Tamdiu requiesco, quamdiu aut ad te scri-  
bo, aut litteras tuas lego. Quod tabellarius  
nolit tamdiu, quamdiu licet, dicere. Is se op-  
pido munittissimo & copiosissimo tamdiu te-  
nuit, quamdiu Parthi in provincia fuerunt.

Tiberius Grachus tamdiu laudabitur, dum  
memoria rerum romanarum manebit. Abs te  
tamdiu, dum è Sicilia redires, nihil litterarum  
accepi. Ego te abfuisse tamdiu à nobis doleo.

Corpus tamdiu gaudet, dum præsentem sen-

---

(1) Tamdiu significa tanto tiempo, quamdiu  
cuanto: tam diu dum quoad vel quam mientras que;  
hasta que.

tit voluptatem. Pueri tamdiu, quamdiu possunt, olio utuntur. Senes autem tamdiu, quoad per aetatem licet, litteris delectantur.

Fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi.

Tamdiu fuit in carcere Apollonius, quamdiu Verres populabatur Siciliam. Ignominia autem illa gravis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iste in provincia mansit.

### ¿QUI? QUO MODO, QUO PACTO. (1)

¿Qui sit, ut ego nesciam; sciant omnes, quicumque Epicurei esse voluerunt? Qui possumus Deum, nisi sempiternum intelligere?

¿Qui enim convenit, ut qui in republica improbi populares fuerint, iidem alibi boni habeantur? ¿Qui igitur convenit ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia corrumpi?

¿Quomodo exspectabam epistolam, quam Philotimo dedisses? Quæro? Qui Milo scire potuerit?

Quomodo nunc istorum se artes habent, pertismescenda est multitudo causarum. ¡Qui nunc quomodo occurront! quomodo autem se venditant Cæsari! Ego autem quomodo affectus sim, ex Lepta et Trebatio possis cognoscere. Nam quomodo nunc sum, pedem ubi ponam, non habeo.

Is autem sacramento quidem vos tenere qui

---

(1) Estas son interrogativas y demostrativas y se traducen como, de qué manera, y á la manera que.

potuit, cum, projectis fascibus & deposito imperio, in alienam venisset potestatem? Postulatio fuit brevis, et, quomodo mihi persuadeo, aliquantò æquior. Quo tamdem pacto rem efficiam, penitus ignoro. Nonnulli dicunt quo ego pacto agam. Id nunc hoc pacto facere oportet. At nescio quo pacto in senectute animus blanditiis juventutis magnoperè delectetur.

Amicus non minus quam te ipsum diligere debes. At sine virtute quo pacto esse amicitia potest?

Qui possum quæso, facere quod quereris, Lupe? Monstrabat vitulus quo se pacto plecteret.

### ETSI, TAMETSI, QUAMQUAM, QUAMVIS. (1)

Do pœnas temeritatis meæ; etsi quæ fuit illa temeritas? Sic ego omnibus, mi Galle, servio: etsi quæ fuit hæc servitus? Accepi suaves tuas litteras, etsi acerbà pompa, verumtamen scire omnia non acerbum est. Cetera, facito, ut sciam, tametsi nimis sum curiosus. Etsi peccato te absolvo, suppicio non libero. Hic ego, tametsi eram perterritus, quæsivi, viveretne ipse et Paulus pater.

Etsi posuisti loco versus Accianos, sed quæ est invidia? Quod ego, etsi tu neges, cer-

(1) *Etsi, tametsi, quamquam, quamvis* significan *aunque, sin embargo de que, aun cuando, á pesar de que:* estas se usan elegantemente con tiempos de sujuntivo é indicativo en castellano y latin.

tò scio. Etsi id fugerit magister ejus Isocrates, at non Thucidides. Coram considerabimus quale sit; habet enim res deliberationem, etsi ex parte magnà tibi assentior.

Etsi me quidem amici nostri non offendunt, sed tamen, cum discedunt, flagitant litteras. Meum studium erga te et officium, tametsi multis jam rebus spero esse cognitum, tamen in his maximè declarabo. Hic barbarus etsi malè rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset hostes.

Quamquam sunt omnes virtutes æquales et pares; sed tamen est species alia magis aliâ formosa et ilustris. Quamquam tuà quidem causâ, ut debeo, lætor; sed certè mea præsertim magnam voluptatem percipio. Rempublicam, si licebit, more nostro tuebimur, quamquam admodùm sumus jam desatigati. Quamquam ille quidem nihil difficilius esse dicebat quam amicitiam usque ad extremum vitæ diem conservare, tamen me semper dilexit. Sed quamquam res humanæ fragiles caducæque sunt, semper aliqui fortasse erunt, quos etiam diligamus magis et à quibus diligamur; caritate enim benevolentiaque sublata, omnis est è vita sublata jucunditas. Quamquam eum præcipue dilexit Cicero, frater ei quidem Quintus carior non fuit aut familiarior.

Si me audissent, quamvis iniqua pace, honestè tamen viverent. Alexander res bello gesserat, quamvis reipublicæ calamitosas, altamen magnas.

Quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen non vides quanta sit rei hujus difficultas. Quamvis non fueris impulsor et suassor profectionis meae, approbator certe fuisses. Quamvis parvis Italiæ partibus contentus essem, prædium tuum urbanum semper desideravi.

**ETIAM, LICET, PARITER, PARITER AC  
SI, ATQUE UT, OMNINO. (1).**

Omnia brevia tolerabilia esse debent, etiam si maxima sint. Etiamsi non is esset, qui est, tamen ornandus videretur. Etiamsi molestus est in genere tolerabili, certe non est in optimo. Nihil est dulcior benevolentia; quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis. Gloria aviditatem tuam auxit, ut etiam Italia si ille cedat, minimè credendum putas. Antonius etiam subito si dicat, tamen propter hyemis delectationem tempestivis quoque conviviis delectatur.

Veritas licet in causis nullum patronum aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa de-

---

(1) *Etiamsi, licet* son concesivas y echan comunmente los tiempos á sujuntivo y se traduce *aunque, demos que, á pesar de que &c.* *Pariter* significa *juntamente: pariter, ac si, ut* sirven para juntar y comparar y se traducen á la manera que, igualmente que &c. *Omnino* equivale á *prorsus, certe, nullo modo, nequaquam y tandem:* se usa para unir y modificar.

fenditur. Sed omnia licet concurrant, idus Martiae consolantur.

Quamvis licet excellas, paucos obtinebis reipublicæ honores in hac corrupta civitate. Ex quo licet pauca degustes, dignitatem tamen conservabis. Vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem meo iudicio numquam perdideris. Quamvis hostes enumeres multos licet, nullos tamen invenies hispanos. Licet corpus abesset meum, dignitas jam in patriam reverterat.

Animus presentem voluptatem percipit pariter cum corpore, et prospicit venientem. Pariter enim cum vita sensus amittitur. Antonium adoptavit et pariter cum filiis haeredem Torquatus instituit. Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt. Conchilis omnibus contigit, ut cum luna crescant pariter, pariterque decrescent.

Cesar pariter, ac si hostes adessent, munitione agmine incedere coepit. Catilina erat vultu, colore ac motu corporis pariter, atque animo varius. Xenophanes pariter moratus, ut pater, avusque hujus fuit.

Nunc tu mihi es germana pariter corpore et animo. Pariter nunc operâ me adjuves, ac dudum te opitulata es. Pariter hoc, atque alias res facere soles.

Epulabar cum sodalibus omnino modice. Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maximè cernitur, patientia et virtute. Quinque omnino fuerunt, qui illum absolverunt. Omnino aut magnâ ex parte liberatus es.

Omnino aut certe facilius labore alicujus ac studio quædam consequi potes, quam plurimorum. Q. vero Maximum fratrem, virum egregium omnino sibi nequaquam parem habes in domo Q. Mutii. Is omnino servus in illa familia non erat. At quis omnino illum redigeret in servitutem?

Poetas omnino non conor altingere. Hoc vix aut omnino non posse fieri fortasse dices. Haec autem omittamus, quæ omnino nusquam reperiuntur. Teopompus, et Ephorus omnino causas nunquam attigerunt.

Omnino est amans sui virtus. Omnino preclarè te habes. Misserrima est omnino ambitione. Omnino horum vitiorum atque incommodeorum una cautio est in temperantia. Paulus omnino omnia se facturum esse promisit. At tu es omnino omnis eruditio exspers.

Omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiam, nec quid faciam, scio.

ETIAM, ATQUE, ETIAM, ETIAM NE, ETIAM TUM, NAM, NAMQUE, VERO, VERUM, VERUMTAMEN, VERUM ENIMVERO. (1).

Sempronia erat voce, motu formâ etiam magnificâ. Credo et has litteras nihil profu-

---

(1) La particula *etiam*, estando sola en la oración, sirve para aumentar, afirmar y reconvenir y se traduce tambien *y aun*: *etiam atque etiam* equivale á *iterum atque iterum*: *etiam ne* denota admiracion:

turas: etiam plus suspicionis in eo crimine futurum. Is mihi etiam queritur te nullas ad illum litteras misisse. At etiam Celius me aspicit et quidem, ut mihi videor, iratus. Aut etiam simulat, aut non respondet.

Utrum cetera nomina digesta habes an non? Si non, quomodo tabulas consicis? Si etiam, quamobrem hoc nomen in adversariis relinquebas? Etiam atque etiam, qui id liceat, considerabis. Te prorsus, libenter etiam atque etiam rogo, ut haec quamprimum agas. Tu, quemadmodum existimes, vide etiam atque etiam. Obsecro te, etiam ne hoc negabis te esse mihi quidem amieissimum. ¿Etiam ne Balbus in senatum venire cogitet? ¿Etiamne frumentum pro empto gratis dare debet? At ulla ratione etiam num efficere potes, ut te explices: salvi etiam num esse possumus. Etiam nunc hic stas, Parmeao? Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum.

Nam Hermagoras quidem, nec quid dicat, attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur. Nam quod me tecum iracundè agere

---

*etiam tum* equivale à *usque tunc*. Nam, *namque* es racional y se pone la primera como para preparar la disposicion de los oyentes; en las narraciones se coloca al fin; se traduce *pues, pero, porque, puesto que, &c.* Veró, *verum, verumtamen, verumenimveró* son racionales é interrogativas y se traducen *pero, ya en pregunta, respuesta, en principio de oracion, y en el fin y por ironia y en la narracion.*

dixisti solere, non est ita: vehementer me agere fateor, iracundè nego. Namque illud quare, Scævola, negasti te fuisse laturum? Nam quid ego de Gratidio dicam? Nam quid ego de Cicerone? ¿Numquid nam restat? Cæsar quinque cohortibus quid nam se facturum arbitratur?

Sed tu orationes nobis veteres explicabis. Ego vero te non stultum, sed sapientem esse ac semper fuisse existimavi.

Is A. Licinius et per se, et per suos, et verò etiam per alienos defenditur. Si quis es-  
set, aut si etiam umquam fuisset, aut verò  
si esse posset, nobiscum esset. Verum hæc  
hactenus.

Nævius pecuniam petit: nunc denique? Ve-  
rum tamen petit. Malâ et improbâ defensione,  
verum aliqua tamen uti videtur. Nemo invi-  
tum pactionem nuptialem quemquam facere  
coegit. Verum enim verò lege id prohiberi,  
id demum contumeliosum est.

**NON QUOD VEL QUO, SED QUOD VEL  
SED QUIA: NON SOLUM, SED; SED ETIAM, VERUM  
ETIAM; NON MODO, SED ETIAM, VERUM ETIAM.** (1)

M. Brutus non solùm te diligit, sed etiam defendit. Magna sunt ejus in me, non dico

---

(1) Estas son particulares adversativas y se tra-  
ducen, *no solo, sino que tambien; no porque, sino*  
*porque &c.* Por punto general la conjuncion *sed* se

officia, sed merita. Depugnarem cum summo, non dicam exitio, sed periculo certe vestro. Non dico hoc esse inusitantum, verum omnino inauditum. Non quin confiderem diligentiae tuæ, sed rei me magnitudo movebat. Non quin possint multi esse provinciales viri boni, sed hoc certe vestro incredibili metu. Non quod sola exorment merita, sed quod excellant. In quo ego non quod libenter male audiam, sed quia causam non libenter relinquo. Non quo ego certò scirem, sed quod non difficilis erat conjetura. Non quò de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Non quò haberem magnoperè, quod scriberem; sed ut loquerer tecum absens. Non quò idem sit servulus, quod familia; verum quia, non quibus verbis quidque dicatur, quæritur, sed quae res agatur. Non si Opimum defendisti, Carbo, idcirco te isti civem bonum putabant. Non si causa justa illi est, ideo vobis quoque. Ii me duo non modò deseruerunt, sed prodiderunt.

Cesar tenebat non modò auctoritatem, sed etiam imperium in suos. Neque auxilium modò, verum etiam præsidium illi pollicebantur oppidanî. Non modò dignitas, sed etiam summa auctoritas erat in illo. Is autem omnibus ne-

---

traduce *sino que*, refiriéndose á otra partícula ó adverbio negativo. *Non quin* se traduce *no porque*. Estas partículas dan mucha elegancia, rotundidad y armonía á la lengua latina.

gotiis non interfuit solum, sed præfuit etiam.

Non solum fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cœcos, quos complexa est. Duxi non solum re et sententiâ, sed verbis quoque te irasci ac dolere gravitèr. Ille vero non modo à senatu non est restitutus, sed reditu suo senatum penè delevit. Dies non modo non levat luclum hunc, sed etiam auget. Catilina non modò dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Tu id non modò non prohibebas, verum etiam approbabas.

### QUOD SI, QUIPPE QUI VEL QUIA; PERINDE AC, AC SI, ATQUE, UT, PROUT. (1)

Quòd si quis existimat me aut voluntate esse mutatâ, aut animo fracto, vehementer errat. Quòd si unquam sum visus in rempublicam fortis, me certè in illa causa admiratus essem. Quòd si mihi tuâ clementiâ opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tuâ potes-

---

(1) El *quod si*, refiriéndose al *tamen ó certe*, hace muy sonora y dulce la frase y se traduce *pero si, aunque, á pesar de que &c.* El *quippe qui* equivale á *certé, videlicet, y utpote qui*, y se usa para afirmar, ratificar y prevenir y forma un modo de decir gracioso y ligero; se traduce *como que*. El *perinde ac si* equivale á *certe, ita* y á veces se usa para expresar con gracia la ironía y la chanza, se refiere á *ac si, atque, ut* y hace muy sentida la expresión y se traduce *como si, á la manera que, al paso qué, &c.*

tate tibi confirmo. Quod si virtuti vestrae fortuna inviderit, cave te, ne inulti animam amittatis.

Quod si in eam me partem incitarem, profecto jam reperirem resistendo viam. Quod si ipsi haec neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus. Quod si essem eam perfidia, quae sunt ii, qui in nos haec conferunt, tamen eam stultitia certe non fuisse.

Quod si primo prælio Catilina superior aut æqua manu discessisset, profecto magna clades atque calamitas rem publicam oppressisset.

Dixisti quippe jam fixum et statutum est. Recte igitur dices te restituisse? quippe qui nullam de suâ salute spem assert. Non puto existimare te ambitione me labi, quippe de mortuis. Justitiam cole et pietatem, quippe quia magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.

Ergo ad cœnam petitionis caussâ, si quis vocat, condemnetur? quippe qui se ipse accusat. Movet quippe me lumen curiae, venio enim jam ad hujus delicti causas. Sol Democrito magnus habetur, quippe homini eruditio. Lentulus habebat nebula; quo se verteret, non habebat: quippe in his temporibus dicebatur. Leve nomen habet ultraque res; quippe leve est totum hoc, risum movere. Jam fateor in Gabinium me nefarium fuisse, quippe vides. Roscius convivia cum fratre non inibat, quippe ne in oppidum, nisi perraro, veniret. Quocirca haec omnia vidi, quippe in

lege scripta sunt. Ad fidem faciendam justitia plus potest, quippe quia cum prudentia satis habet auctoritatis. Multa de mea sententiâ questus est Cesar, quippe quod etiam Crassum ante vidisset.

Philosophia non perinde, ac de hominum est vita merita, laudatur. Quae perdifficilia sunt, perinde habenda sunt, ac si effici non possint. Perinde ac si virtute viciissent, laudati sunt viri fortis. Vereor, ut hec, quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego cogitans sentio. Non perinde ut est reapse, ex litteris percipere potuisti. Sed haec omnia perinde sunt, ut aguntur. Perinde, uti quæque res erit, prodidemus. Habes à patre munus, M. fili, mea quidem sententiâ magnum; sed perinde erit, ut acceperis. Metelli sperat sibi quisque fortunam, perinde quasi certi quidquam sit in rebus humanis.

SIMILITER AC, SI, ATQUE, UT SI, ALITER  
AC, ATQUE, UT VEL QUAM. (1)

Similiter agis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis. Neque vero Fabium similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi. Dixisti nobis legatos similiter facere, ut

---

(1) *Similiter ac* significa á la manera que, ó del modo que: *aliter ac, atque ó quam* se traduce de diverso modo que.

si nautæ inter se certarent, quis eorum potissimum navim gubernaret. Illi sunt alio ingenio, atque tu.

Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio. Sed aliter, atque ostenderam, facio.

Tu, si aliter existimas, quām scribis, non errabis. Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astacias. Aliter enim cūm tyrano, aliter cum amico vivitur (1).

Non aliis ero, atque nunc sum. Alia est pietas tua atque fortuna. Me certè habebis, cui carus æquè sis & perjucundus, ac fuisti patri. De Antonii itineribus nescio quid aliter audio, atque ut ad te scribebam. Aliter meum amorem, atque est, accipis: nam & vita est eadem, et animus erga te idem ac fuit.

Cum aliter sentias ac locuare, infidelis nobis eris. Aliter causam egi, atque Antonius existimavit. Sed longe aliter est amicus atque amator.

### SECUS AC, CUM, ATQUE, QUAM, CONTRA AC, ATQUE. (2)

Utor Antonio, non secus ac si meus esset frater. Non dixi secus ac sentiebam: nam ejus ego salutem non secus ac meam tueri debeo.

---

(1) Cuando *aliter* está repetido, el primero significa *de una manera*, el segundo *de otra*.

(2) *Secus ac* significa *de diverso modo que*, ó *de diferente manera que*.

Sed quoniam cœpi secus agere, atque initio dixeram, non verba secus credes, quām si per jocum locutus fuero. Ne me secus honestes, quām ego te.

Vides omnia ferè, contra ac dicta sunt, evenisse: præsertim cùm contra ac Dejolarus sensit victoria belli judicaverit.

Video Catilinam, contra ac ralus erat, contendere. Miror te hoc in ea re alieno tempore, & contra quām ista causa postulasset, defendisse. Rempublicam defendere, contra atque constitueram, et debebam, et volebam his præsertim temporibus. Sunima impudentia est ejus, qui contra quām scripserit, aliquid probare velit. Aut quid de vestro jure, aut religione, contra quām propossueram, disputabo?

QUO, EO, QUO MAGIS, EO MAGIS,  
TANTUS, QUANTUS. (1)

Quo quisque est ingeniosior, eò docet laboriosius. Quò magis te amo, eò magis hercule contemnis me. Quò magis exspecto tuas litteras, eo magis te diligere sentio. Quò libentiùs mea negotia fecisti, eo vehementius gratias tibi agere debeo. Quanto es major, tan-

---

(1) Quo con grado comparativo significa *cuanto mas*: *eo tanto mas*: *quo magis, eo magis, lo mismo*: *tantus, quantus tanto*, *cuanto ó como*; *tan grande, como*.

tò te geras summissiùs. Sed quò suaviores erant litteræ, eò majorem dolorem ille casus afferebat. Quo dificilius, eò præclarius est munus. Hæc omnia, quò æquior fui, eo etiam feci celeriùs.

Quò gratiор est tua liberalitas, C. Cesar, nobis, eò vehementior est in te nostri omnium amor. Quantò magis omnes imperatores virtute exuperas, eò plus amore populorum antecellis. Senes quò leniùs agunt, eo segniùs incipiunt.

Quò minùs familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior. Quò quemquam ardentius diligam, eò severius illum acusabo. Quò magis quotidie ex litteris, nunciisque bellum magnum esse in Syria cognosco, eò vehementius à te pro nostra necessitudine contendo, ut mihi M. Annejum legatum primo quoque tempore remittas.

Tantam spem otii ostendisti, quantam ego semper omnibus pollicebar. Tantam vero laudem consecutus es, quantam debebas capere ex tuis meritis. Tantus prætor es, quantus esse voluisti in consulato meo.

TAMEN, ATTAMEN, ERGO, Igitur,  
EN, ECCE. (1)

Cesar, cohortatus suos, legionem nonam subsidio ducit. Milites tamen virtute & pa-

---

(1) *Tamen* y *attamen* son particulias adversativas

tientia nitebantur, atque omnia vulnera sustinebant.

Novi moderationem animi tui & aequitatem. Noli igitur in conservandis bonis viris defatigari. Sed tamen cum in animis hominum tantæ latebrae sint, augeamus sane suspicionem; simul enim augebimus & diligentiam. Nunc vero venio ad suspicionem tuam quam etsi spero esse falsam, numquam tamen verbis extenuabo. Etsi veritas per se ipsa elucet, tamen verbis ilustranda est.

Magnum damnum factum est in Servio: attamen ne mirere, unde hoc acciderit. Si nequaquam parem ejus ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam refferre debemus. Hac de re et ego, et Calvisius te accusamus quotidie; attamen tibi ignosco: nos in culpa sumus.

¿ Quid ergo est? Ergo hinc capiamus exordium. Ergo hoc proprium est animi bene constituti & laetari bonis rebus & dolere contrariis. Est ergo ulla res tanti, aut commodum illum tam expetendum, ut viri boni & splendorum & nomen amittas? Victus ergo (1) est

---

y significan *con todo*, á pesar de eso; *ergo*, igitur son unas veces interrogativas y significan *pues*, pero, *con qué?* y otras veces finales que significan *por fin*, *últimamente &c:* *en* y *ecce* son exhortativas y significan *ea*, *mira*, *mirad*, *ea pues*, &c.

(1) *Ergo* por último *suple Barbarus Jerjes, victus est fue vencido &c.*

magis consilio Themistoclis, quam armis  
Græciæ.

Ordiamur igitur à sensibus. Quid igitur faciam miser? Habes igitur, Tubero, quod est acusatori maximè optandum, confidentem reum. Quæramus igitur, quæ tanta fuerint vitia in unico filio, quare is patri displiceret.

Ecce autem repente, ebrio Cleomene, dormientibus ceteris, nunciatur piratarum naves adesse. En cui tuos liberos committas. En hoc illud est, quod antè dixi, mulier abundat audaciæ. En cur magister ejus ex oratore auctor factus sit. En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrantur.

Venit ecce dives & potens: huic similiter Impinge lapidem & dignum accipies præmium. Impius hæc tam culta novalia miles habebit! Barbarus has segetes! en quò discordia cives Perduxit miseros! en queis consevimus agros!

**ENIM, ETENIM, SCILICET, VIDELICET,  
NEMPE, NIMIRUM. (1)**

Initium dicendi sum facturus. Attendite enim diligentèr. Etenim rem totam breviter cognos-

---

(1) *Enim* y *etenim* se usan para enlazar las palabras y ratificar las ideas, y significan *pues*, *pero*, &c. *Scilicet* y *videlicet* equivalen á *certe* y se emplean además en la ironía. *Nempe*, es á veces particula interrogativa, y á veces afirmativa, y á

cite. Nec enim umquam sum assensus veteri illi, laudatoque proverbio: *in senectute robur.* Neque enim, quod sentio, possum dicere. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum, periculorumque desiderat, præter hanc laudis & gloriæ. Populus enim romanus multa fecit & terrâ & mari. Vos enim considerate, quid amplius agendum sit.

Quanto etenim animi ardore historiæ, philosophiæ et ceterarum artium studiis operam dederis, ex amicorum litteris cognoscere possum. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognitione quadam inter se continentur.

Scilicet id agitur: utrum hac petitione proxima prætor sis. Scilicet expectamus legitimum illud quinquennium. Id populus curat scilicet. Venisse tempus iis, qui in timore fuerunt, videlicet dicebas. Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Gracho fratris. De Lentulo sic ferò, ut debedo. *¿Quo dolore esse debedo? Quo sum scilicet.*

Etsi M. Ceparius dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares, tuli scilicet molestè ut debui: sed tamen constitui ad te

---

veces está en lugar de *certe* y *scilicet*. *Nimirum*, es afirmativa generalmente y significa como *nempe*, *á aber*, *ciertamente*, *en verdad*.

venire, ut & viderem & viserem, & cænarem etiam. Fructus videlicet ingenii & virtutis tua maxime capitur, cum in proximum quemque confertu. Videlicet non tum denique incipit lex esse, cum scripta, sed cum orta est. Tum videlicet rex fuit, cum Romæ regnare licebat. Cui tum, cum jam in armis essemus videlicet consulatus tamen & triumphus amplissimus deserebatur.

Ego valdè suspenso animo exspecto primum te scilicet, deinde Marionem cum tuis litteris. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maximè scilicet consolatur spes, quod valdè suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas consiliis amicorum. Sed quis est iste tam demens, qui scilicet tibi insidiaretur? Neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, sed illi equites romani rempublicam defenderunt.

Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. Tu videlicet tecum ipse rides. Hi sunt videlicet, qui in Syria erant.

Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant, nimirum ad calendas Junias. Brutus, si tantam pecuniam Flaco dat, nempe idcirco dat.

Nempe negas ad beate vivendum satis posse virtutem? Nempe jubes me ex isto loco discedere? Legiones abducis à Bruto: quas? nempe eas, quas ille ab Antonii scelere avertit. In qua tamdem urbe de hac restultissimi homines disputabant? nempe in

ea, quæ sapientissimis viris abundat maximè.  
Hoc nimirum est illud, quod à Socrate accepimus. Sed nimirum majus est hoc quiddam, quām homines opinantur. Et nimirum is princeps ex Latinis de his tractavit. Itaque nimirum hoc illud est, quod Cesar scribit in ea epistola, cuius exemplum ad te misi.

MEHERCULE, ÆDEPOL, MEDIUS  
FIDIUS. (1).

Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliæ & mehercule mihi: semper secum aliquid afferrunt litteræ tuæ. Et mehercule sic in animo habui te in meo ære esse propter Lamiæ nostri conjunctionem & singularem necessitudinem. Sed mehercule, extra jocum, homo bellus es: vellem, eum tecum abduxisses. Mihi mehèrcule magnæ curæ est ædilitas tua. Nos ad cœlum meherculè te tollimus verissimis ac justissimis laudibus,

Medius fidius næ tu emisti locum præclarum. Hæc ita aperta & manifesta sunt, ut medius fidius, Judices, invitus ea dicam. Ego medius fidius non existimavi hinc exire. Quòd Lentulum hie remanere voluisti, mihi gratisimum medius fidius fecisti.

---

(1) *Mehercule, así me ayude Hércules: Ædepol, por el templo de Polux: medius fidius, así me ayude el hijo de Jove: estos adverbios de jurar se traducen tambien á sé mia, por mi vida, &c.*

ID TEMPORIS, ID ÆTATIS: IN PRESENS,  
IN DIES, IN POSTERUM. (1).

Doleo gravitèr, quòd id temporis in ista loca veneris. Et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. Ita vivimus & id ætatis jam sumus, ut omnia, quæ nostrâ culpâ nobis accidunt, fortiter ferre debeamus. Sed nunc, quoniam istuc ætatis jam potes dare operam litteris, de studiis tuis loqui incipiamus. Quòd si hic locus ab omni turba vacuus esset, Antonius veniret. Trebatius venit enim à me, & quidem id temporis, ut retinendus esset. Deinde profectus est id temporis, cum jam Clodius, si quidem eo die Romam venfurus erat, redire potuisset. Illos ego jam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædicteram. Cum id temporis jam patre tuo privatus essem, cogitavi id ætatis meum patrem, bonum plane virum, perdidisse.

Perniciosam conjuratorum manum interficere decrevi, ut & in præsens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem, &

---

(1) *Id temporis, id ætatis* equivale á *id tempus, ea ætas* y mas frecuentemente á *eo tempore, ea ætate* en este tiempo, en esa edad: *in præsens* es igual á *nunc*; *in dies*, es lo mismo que *quotidie* y *in posterum* significa lo mismo que *deinde* y *deinceps* y dan mucha gracia y armonía al estilo.

in posterum documentum statuerem, ne quis talement amentiam vellet imitari. Quanta tempestas invidiae nobis si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat? Non enim pro tua prudentia debes illud solum animadvertere, quot in presentia cohortes contra te habeat Cesar, sed quantas brevi tempore equitum & peditum copias contracturus sit. Videas enim unde nummi sint: hoc video in presentia opus esse. Spero etiam in presentia pacem nos habituros esse. Sed quoniam non possunt omnia simul dici, haec in præsentia nota esse debebunt. In præsentia Cleomenes talenta centum argenti daret. Jam in singulos dies ejus copiæ minuntur.

Cum Verres emere vellet domum, & pecuniam in præsens non haberet, vendidit horrum, ut & domum peteret ex venditione, atque in posterum amicos suos in illa exciperet. Illa in singulos dies magis, magisque opinio hominum confirmatur.

VIX CUM, DUM, NEDUM, QUIN,  
AMABO. (1)

Hæc ego omnia, vix dum cætu nostro dimisso, comperi. Cum vis dum triginta dies in Sy-

---

(1) *Vix cum ó dum* se usan en sentido dubita-

ria fuisses, statim in Romam profectus es. Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste accusavit Norbanum. Vix dum epistolam tuam legeram, cum ad me Posthumius Curtius venit. Vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur; nedum in mari & in via sit facile abesse ab injuria temporis. Vix clamorem eorum, nedum impetum Suesseni tulere. Ego vix teneor, quin accurram. Vix me contineo, quin invollem in capillum. Vix tandem legi litteras dignas Appio Claudio.

Et amabo te, cum dabis posthac aliquid domum litterarum, mei memineris. Nostra autem negotia, quoniam Romæ commorâris, amabo te explica. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe. Ama me, non libenter vidi, sed modò succenset Antonius, modò gratias agit. Expecta amabo te. Ad me veni, amabo te, quâm primum. Amabo te, advola, consolabor te. Cura, amabo te, Ciceronem nostrum.

---

tivo ó negativo y significa *apenas cuando*: *vix ne-*  
*dum mucho menos*. *Amabo*, es una particula ó interjección de amor y significa *por mi amor*, *en buena amistad*, v. g: *Et amabo te* (y por mi amor ó por cuanto yo te amo) *cum dabis posthac aliquid litterarum domum* (cuando en lo sucesivo envies ó remitas á casa alguna carta), *memineris mei* (acuérdate ó te acordarás de mi).

AGE, AGITE DUM, AGE NUNC, AGE  
VERO, AGESIS VERO, AGESIS NUNC, AGE, AGE JAM,  
AGE PORRO, AGE, AGE AGE, AGE SANE. (1)

Age, quoniam corrumpendi judicii causas  
ille multas et graves habuit, hic nullam.

Agedum conferite nunc cum illius vita vi-  
tam P. Sylæ vobis, populoque romano notis-  
simam. Age nunc illa videamus, judices, quæ  
statim consecuta sunt. Agite dum comilia in-  
dicite, Patres, tribunis militum creandis. Age  
vero, cæteris in rebus quali Pompejus sit tem-  
perantia, considerate. Agesis nunc de ratio-  
ne videamus.

Agesis ergo, quoniam dictum de altero est,  
expone nunc. Age refer nunc animum sis ad  
veritatem. Age, si paruerit Antonius, hoc  
civi uti aut volumus aut possumus? Age por-  
ro tu, qui te tam religiosum existimari vo-  
luisti, ¿cur tauromitanis frumentum imperas-  
ti? Age jam; cum fratre, an sine, cum filio,  
an quomodo per pratum deambulabas? Age,  
sic ita factum; ¿cur Romam properabas? Age  
age, satis enim scitè me nostri sermonis prin-

---

(1) Estas partículas se usan para exhortar, instar, animar, inducir, &c. y se encuentran comunmente en principio de periodo. Los latinos las empleaban antes y despues de algunos razonamientos, pero casi siempre en principio de los periodos: se traducen *ea*, *ca pues*, *vamos*, &c.

cipem esse voluisti. Age sane jam, cur filius patrem occiderit?

Sed dices: qui rapuere divitias, habent. Numeremus agedum, qui depensi perierint.

### PRIMUM, DEINDE, TUM, POSTREMO. (1)

Ego in columitati civium primùm, et postea dignitati consulebam. Te valere tua causâ pri-  
mum volo, tûm mea. Primum igitur de ho-  
nesto, tûm de utili, post de comparatione eo-  
rum disserendum. Quæ primùm res bene par-  
ta sit, tûm quâm plurimus se utilem præbeat,  
deinde augeatur ratione, diligentia, parsimo-  
nia. Primum mihi videtur de genere belli,  
deinde de magnitudine, tûm de imperatore  
deligendo esse dicendum. Primum olim par-  
thicum, deinde confectæ pactiones publicano-  
rum, postremo seditio militum sedata est ab  
Appio. Vehementer cupiebam, primùm ut te  
tanto intervallo viderem; deinde ut tibi possem

---

(1) Estas partículas se usan para formar el en-  
cadernamiento sucesivo de los períodos ó de las cláu-  
sulas de los períodos y la hilacion del discurso:  
tambien se emplean para expresar en las narracio-  
nes las amplificaciones numerosas, rotundas, y ha-  
cer llenos y nerviosos los rodeos del estilo, se tra-  
ducen (formando una especie de gradacion) prime-  
ramente ó en primer lugar, en seguida, despues ó  
además, finalmente, por fin ó por ultimo.

præsens gratulari; tum, ut, quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus; postremo, ut amicitia nostra confirmaretur vehementius. Et ipsa charitas generis humani serpit, sensit foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinatibus, tum civibus, deinde totius complexus gentis humanæ.

### TANDEM, DEMUM, DENIQUE, PORRÒ. (1)

¿Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? ¿Quorsum tandem et cur ista quæris? Nunc demum litteris tuis rescribo.

¿Quod genus tandem est istud ostentationis et gloriae? ¿Quo tandem illum mœrore afflictum esse et prodigatum putatis? Hoc per ipsos Deos, de quibus loquimur, quale tandem est? Jam verò exilium ¿quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Verum hic tandem disreceptionem et cogitationem veritatis, an innocentiae labem aliquam, aut ruinam fore putatis? Socrates primùm vos docuit: tum omnem in perorando diligentiam curamque adhibuit; denique ad extremum vires suas refecit.

---

(1) Estas particulas, por el contrario, se emplean para concluir el periodo y poner el fin ó el término de la composicion en el plan del discurso y en el desenlace de nuestros raciocinios.

Nemo bonus, nemo denique civis est nobis id sensissimus. Omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venient. Hæc in homines alienissimos, denique inimicissimos, viri boni faciunt. His omnibus consideratis, tum denique cogito quid amplius dicendum sit.

Perge porro, nam de isto magna dissensio est. Age porro tu, qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem saederum, move ocyus te, ut, quid agam, intelligas. Clamabat porro Quintius, quia eum porro summo consensu populi romani consulem fieri videbat. Nihil porro tam inhumanum quam mortem obire pro innocentia.

### CEDO PRO DA ET DATE. (1)

Cedo mihi pateram. Cedo manum. Cedo aquam manibus. Cedo tabulas. Cedo mihi ipsius Verris testimonium, recita. Cedo mibi leges Atinias. Cedo Draconis sententias. Cedo vestras manus, measque accipite.

Cedo, inquit, illum; jam curabo sentiat,  
Quos attentarit.

### CEDO PRO DIC ET DICITE. (2)

Cedo tandem qui sit ordo aut quæ concursatio somniorum. Unum cedo auctorem tui

(1) *Cedo* significa aqua da ó dadme.

(2) *Cedo* aqua significa dime, citadme, presen-  
tadme, &c.

facti. Cedo unum ex triennio præturæ, qui tantam pecuniam comparaverit. Cedo qui vestram rempublicam tantam amissistis tam citò. Uter horum melior sit, cedo.

**SODES PRO SI AUDES : COMMODUM PRO  
OPORTUNÉ.**

Vescere sodes. Corrige sodes servum meum. Tartesium mihi istum exeunti jube sodes numeros curare. De gallinis dic sodes.

Rogitabam, heus puer, cedo, sodes, quis heri Chrisidem habuit? Persii, cedo, sodes, quæ est, quam ducere vix uxorem.

Commodum huc adveneras. Commodum ad te miseram Demeam, cum heros ad me venit. Commodum discesserat Hilarius librarius. Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, cum apud me benè manè fuit Dionisius.

# EJEMPLOS

SINTAXIS PRACTICA  
NATURAL Y FIGURADA  
QUE COMPROUEBAN  
LA TEORIA DE LAS REGLAS  
Y MANIFESTAN  
EL BUEN GUSTO DE LA COLOCACION  
DEL HIPERBATON LATINO.

## ADVERTENCIA.

---

La Sintaxis es la parte mas esencial y fundamental de las lenguas, porque abraza y constituye los elementos del lenguaje, que son el régimen y la construcción; es decir, nos presenta la dependencia, ligazón y enlace que entre sí tienen las palabras, y nos pone de manifiesto la estructura, la forma exterior y el orden natural y artificial de la colocación. En ningún idioma puede faltar cierta dependencia gramatical en los miembros ó partes de la oración y tampeco una colocación particular que manifieste el aire nativo y propio de la lengua. Estas dos circunstancias reunidas forman la naturaleza y estructura de los idiomas, pero no pudiendo sujetarse á reglas particulares las diversas cláusulas y locuciones, es indispensable subordinarlas, á pesar de su diferente colocación, á principios ó reglas generales de la gramática elemental. De este modo se hace ver el dominio y extensión de las teorías y reglas, y se ensancha la esfera reducida de los preceptos y principios de la gramática teórica, porque las reglas generales de ésta reciben con los ejemplos grande extensión, fuerza y autoridad. Por otra parte los textos latinos que comprueban las reglas, dan á conocer el gusto, finura y riqueza de la colocación, objeto superior al corto y estrecho fin de la gramática teórico-elemental.

He elegido para texto la gramática latina de *D. Luis de Mata y Araujo*, que considero la más conforme á mi sistema y la más arreglada á los principios de la ciencia gramatical y á la teoría filosófica de las lenguas.

## DE LA SINTAXIS.

### CONCORDANCIA DEL VERBO CON SU SUJETO. (1)

*Deus est dominus ac moderator rerum universarum.*

*Deus est communis quasi magister et imperator omnium hominum.*

*Philosophia nos ad Dei cultum, deinde ad jus hominum, tum ad modestiam, magnitudinemque animi eruditivit.*

*Amemus patriam, consulamus bonis, praesenteis fructus negligamus, posteritati & gloriae serviamus.*

*Grammatica est optima scientiarum magistra. Elequentia est ceterarum artium ornatrix. Poësis est vox Deorum. Poëtae sunt homines spiritu divino aflatii. Poëtarum vox jucunda est bestiis etiam immunitus. Saxa et solitudines huic voci respondent.*

*Cum scribam, Petrus legit. Si dicas, audiemus. Bonis viris non modo favelur, sed etiam invidetur.*

*Hieme pluit, grandinat.*

---

(1) En todas las lenguas conocidas todos los verbos tienen sujeto en nominativo. Los impersonales activos y aun en pasiva le tienen segun Sanchez y casi todos los gramáticos.

## ACCIDENTES DE LA CONCORDANCIA. (1)

Rectè vivere est optimum sapere. Nostrum istud vivere triste axspexi. Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæsarem mittere. Vivere placet omnibus. Scire tuum nihil est. In scenam vero prodire, et esse spectáculo populo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. In otio vel magnificè vel molitèr vivere plerisque jucundum est. (2)

Sapere est principium & fons recte scribendi.

## OTROS ACCIDENTES DE LA CONCORDANCIA. (3)

Antonius et tu deambulabatis. Ego et miles pugnabimus. Nos et illi ridebamus. Ego et Tiro meus propediem te videbimus. Si tu et Tulia nostra valetis, ego & suavissimus Cicerero valemus. Tu et Tullia in urbe manere debetis. Vos et amici venite ad me. Ego et tu constantes erimus. Ciceronem nos et vos una

---

(1) El infinitivo latino está en lugar de nombre sustantivo por enalage.

(2) Esta concordancia de infinitivo con el verbo se verifica siempre con la tercera terminación del singular, pues que no tiene mas inflexión personal.

(3) Los latinos preferían la primera persona á la segunda, la segunda á la tercera, el género masculino al femenino y éste al neutro. Lo mismo sucede en español.

sumus amaturi. Id semper egimus ego atque tu.

Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis  
tuque paterque tuus.

## SUJETO DEL INFINITIVO EN ACUSATIVO Y NOMINATIVO.

Credimus Deum esse omnipotentem. Omnes juraverunt sese in castra esse reddituros. Scito Aulum amicissimum nostri semper fuisse.

Omnes debemus esse strenui. Milites nostri potuerunt vincere. Curio loqui tecum consueverat. Praeclaros viros prosequi amore debemus. Virtus non potest non esse jucunda vobis.

## PREDICADO CONCORDADO CON EL SUJETO. (1)

Magistri sunt utiles novis et patriæ. Magistri olim dicebantur divini. Rethorum dignitas erat eximia. Quis in republica tam dignus est laudis atque præmiorum?

Ego vivo lætus. Tu sedes primus. Rex vo-

---

(1) Para determinar el sentido, modificar la situación del verbo y fijar la calidad y extensión del sujeto, han recibido las lenguas un predicado en los verbos sustantivos, intransitivos y pasivos.

catur Dux Austriae. Is illi C. Mario jucundus fuit. L. Lucullus non solum fuit fortissimus & clarissimus vir, sed etiam populi romani nomen illustravit. Nostra sunt trophea nostra monumenta, nostri triumphi. Nihil est in vita magnoperè expetendum nisi laus atque honestas. Urbs jam condita vocabatur Roma. Piso missus est quæstor in Hispaniam. Redeo incolumis in patriam. Iusulæ nominabantur Cyclades. Cato magnus habetur. Aristides mortuus est pauper.

Quintus Ligarius provinciam accepit invitus.

### PREDICADO EN ACUSATIVO. (1)

Dicunt Anibalem fuisse callidum. Credo te appellari crudelem. In hac exercitatione me non inferior mediocriter esse versatum. Drusus pollicitus fuit se ducem itineris futurum. Principem se esse mavult quam videri. Credebant antiqui Junonem suorem Jovis esse.

Vos debetis esse justi. Puer videtur esse studiosus. ¿Quis tunc beatus esse potuit? Tu solebas esse timidus in periculis. Caesar in captivos mitior esse cœpit. Neque multo post superior esse cœpit Antonius.

---

(1) Como que el predicado sirve para modificar al sujeto y forma una concordancia con este, claro es que debe encontrarse en el mismo caso que aquel.

EL PREDICADO EN DATIVO, EN  
GENITIVO Y AUN FALTANDO A LA CONCORDANCIA  
DEL SUJETO. (1)

Non licet tibi esse negligenti (vel negligentem). Expedit vobis esse viris fortissimis. Caius Gallonius orabat ne incolumi abire liceret. In hoc genere mihi clementi esse non licet. Nobis non licet esse tam disertis. His gratis esse non licet. Illis tamen licet esse beatis, quibus jam licuit esse fortunatissimis.

Misereor juvenis cupientis esse boni. Imperatoris referebat audacissimi videri.

Natura dedit omnibus esse beatos. Procuratorem tibi esse non licet. Expedit mihi esse poëtam.

CONCORDANCIA DE SUSTANTIVO  
Y ADJETIVO. (2)

Subacula detrita Antonii cui carissimi.  
Nomen vulgare amici, & fides rara.  
Herus benignus tibi stulto.  
Bellum inflammatum in Roma nobili.

(1) Aquí se vé con toda evidencia la íntima referencia y enlace del predicado con el sujeto, pues que sigue todas las variaciones de la declinación y de una rigurosa concordancia.

(2) Esta consiste en la conformidad de género, número y caso.

Factum inevitabile Saguntinis bellicosis.  
Crimina turpia Græcorum infidelium.  
Poema difficile Maronis illustris.  
Genus illustrius peritissimi Thucydidis.  
Acies nova Cæsaris bellum gerentis.  
Vultus hilaris pueris studiosis.  
Portus tutus ad magna negotia gerenda.  
Mores novi ex intemperantia nostra introducti.

### ACCIDENTES DE LA CONCORDANCIA DE SUSTANTIVO Y ADJETIVO. (1)

Cesar et Pompejus peritissimi rei militaris fuerunt. Marius et Sylla crudeles erant. Rex et frater optimi sunt. Virgilius et Horatius Augusto cari fuerunt.

### NUEVOS ACCIDENTES DE LA CONCORDANCIA DE SUSTANTIVO Y ADJETIVO. (2)

Rex et Regina mirati sunt. Lucretia et Tarquinus in historia noti sunt. Catilina et Sempronia consilia nefanda sequuti fuerant. Filius et mater asperrimi videbantur.

---

(1) Los latinos decían que dos sujetos unidos perdían su singularidad individual y por una consecuencia muy legítima pusieron los verbos y los predicados en plural.

(2) Los latinos preferían el género masculino al femenino y este al neutro.

## OTROS ACCIDENTES DE ESTA CONCORDANCIA. (1)

Divitiae et gloria sunt honesta vel honestae. Benevolentia atque odium contraria sunt. Virtus et forma sunt aestimabilia vel aestimabiles. Amor meus in te, pietasque in parentes tibi nota fuere. Spes atque opes civitatis in illo sitae sunt. His genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere. Ira & ægritudo permixtæ sunt. Fides, virtus, concordia consecratæ et publicæ dedicatæ sunt.

## CONCORDANCIA DEL RELATIVO CON SU ANTECEDENTE. (2)

Nemo justus esse potest, qui quidquam equitati anteponit. Homo justus, isque, quem

---

(1) En los nombres de objetos inanimados como que no hay preferencia de sexo, era indiferente dar al género femenino sobre el neutro este grado de superioridad y de excelencia, en lo que los latinos no guardaron una regla fija y á veces faltando á estas comparaciones, formaban la concordancia con el último sujeto. v. g. *Multorum invidiae ac molestia preferenda est.*

(2) En las oraciones dijimos todo lo mas conducente á esta concordancia.

sentimus virum bonum, nihil cuiquam detrahet, quod in se transferat intelligetque nihil nec expedire, nec utile esse, quod non sit justum.

Qui se ipse norit, intelliget se habere aliquid divinum, semperque et faciet et sentiet aliquid dignum tanto munere. Qui enim maximè perspicit quid in re quaque verissimum sit, is prudentissimus haberi solet. Cultura animi philosophia est, quæ estrahit virtus radicitus, eaque serit, quæ cum adoleverint, fructus ferent uberrimos.

Justitiæ pars est beneficentia, quam eamdem vel benignitatem vel liberalitatem appellamus. Homines maximè admirantur eum, qui pecunia non movetur. Avaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupivit. Ea semper infinita et insatiabilis est, neque copiâ neque inopiâ minuitur. Quas dederis, solas habebis, opes.

Is, qui injuriā non propulsat ab allis, cum potest, injuste facit: qualis habendus est is, qui non modò non repellit, sed etiam adjuvat injuriam. Neque enim is tantum in vitio est, qui injuste facit impelum in quempiam, sed etiam qui non obstitit, si potest, injuriæ.

Qui mentiri solet, non longè abest à perjurio. Quem ego ut mentiatur inducere possum, eum facile exorare potero, ut perjeret.

Perspicuum est à natura ipsa impelli nos, ut eos, quos genuerimus, amemus.

In ipsis rebus, quæ discuntur & cognoscuntur, insunt profectò invitamenta quædam, quibus moveamur ad discendum et cognoscendum. Etenim an nos videmus eos, qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, aliquando non habere rationaem nec valetudinis nec rei familiaris, & maximis laboribus consequi eam, quam ex discendo capiunt, voluptatem? Quem ardorem studii censem fuisse in Archimide, qui dum in pulvere describeret quædam attentiùs, ne senserit quidem Siracusas, patriam suam, esse captas? Quid de Pitagora & Platone loquar, qui indicaverunt veniendum sibi esse eò ubi aliquid esset quod disci posset, tantas regiones barbarorum obierunt, tot maria transmiserunt? Quid de Demócrito, qui dicitur oculis se privasse, ut animus quām minimè adducere retrà cogitationibus, qui patrimonium neglexit, agros incultos deseruit? Si quis tamen ita teneatur discendi studio, ut eos deserat, quos tutari debet, ab officio discedit, et à justitia, quæ in hominum tuendis commodis maximè cernitur, et contemplationi, cognitionique rerum anteponenda est. Is, qui rectè vivit, scientiam utilem & necessariam adeptus est.

Zopirus, qui profitebatur se pernoscere hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte, magno in conventu dixit. Socratem stupidum esse & bardum: in quo Alcibiades, qui aderat, dicitur cachinum

sustullisse. Ipse vero Socrates *hæc vitia sibi ingenita fuisse naturā non dissimulavit, sed ratione à se dejecta esse dixit.*

Cato major græcas litteras senex didicit, quas quidem avidè arripuit quasi diuturnam sitim explere cupiens. Sophocles ad summam senectutem tragædias fecit.

· · · · · . . . . . Labor omnia vincit  
Improbis. · · · · · . . . . .

Sit sanctum poetæ nomen, quod nulla unquam barbaria violavit. Sanctos poetas suo jure apellat Ennius. Videsne poëtæ quid mali afferant? lamentantes inducunt fortissimos viros: moliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, ut non audiantur modò, et legantur, sed etiam ediscantur. Sic ac malam domesticam disciplinam, vitamque umbratillem et delicatam cum accesserunt etiam poëtæ, nervos omnes virtutis elidunt. Quas illi obducunt tenebras? quos invehunt metus? quas inflammant cupiditates? Rectè igitur à Platone educuntur ex ea civitate, quam finxit ille, cum mores optimos et optimum reipublicæ statum exquireret. (1)

---

(1) Esta sencilla pintura de los estravíos y peligros de la poesía hace un maravilloso contraste con las alabanzas que tributa Cicerón á este arte divino en el principio de este trozo y en toda la oración *pro Archia poeta*. Los niños deben conocer el *pro* y el *contra* de la poesía.

## ACCIDENTES DE LA CONCORDANCIA DE RELATIVO (1)

Quod maximè optabam, vidi filium tuum. Imprimis que, quod ei carissimum est, dignitatem ejus tibi commendo. Benignitatem petebat, quod concessi libenter. (2) Consules, quod ante id tempus acciderat nunquam, ex urbe proficiscuntur. Id quod mihi nunquam placuit, complures adhibebas patronos.

Cæsar, qui milites per tempus colloquii venerant, conquiri & remitti jubet. Qui pons fuerat tempestate interruptus, neque erat perfectus, hunc noctu perfici jussit. Quas Cæsar esse amicas civitates arbitrabatur, iis graviora onera atque tributa injungebat. Et quæ nunc leguntur litteræ, jam pridem optavi. Populo placent, quas fecisti fabellas. Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ. Time ne quos porrexerim cibos, venena fiant. (3)

---

(1) Véase en las notas como se falta á la concordancia en cada uno de los ejemplos de los diferentes capítulos, pues que en cada uno hay que observar diferente doctrina.

(2) En estos ejemplos se advierte que sirve de antecedente por silepsis el concepto de la oración precedente ó de la siguiente ó un período entero.

(3) En estos ejemplos se calla el antecedente y se repite el consiguiente, del cual se ha de tomar el antecedente para el complemento de la oración.

Et quæ debetur pars tuæ modestiæ,  
Audacter tolle.

Urbs antiqua fuit, Tyri tenuere coloni.  
Est locus, Hesperiam Graji cognomine dicunt.  
Est locus in Scythia, Tauros dixerat priores. (1)

Forte est animal, quem Leonem appellamus.  
Timore magno vos afficit Leona, quod est  
acerillum animalium. Pecora, quod secun-  
dum erat inopiae subsidium, oppidani longius  
removerant. Uxorem numquam habui, quod  
fortunatum isti putant. Est locus in carcere,  
quod Tullianum appellatur.

In ædem Minervæ, qui vocatur Caliæcus,  
confugit Labienus. Cesar Gomphos pervenit,  
quod est oppidum Thesaliæ venientibus ex  
Epiro. (2)

### SUSTANTIVOS CONTINUADOS. (3)

Ferdinandus rex præfuit Hispaniæ. Cicero,  
orator eloquentissimus, rempublicam ornabat.

---

(1) En estos ejemplos se vé que los poetas ca-llan elegantemente el relativo cuando se subentiende facilmente.

(2) En estos ejemplos el relativo concierne con el consiguiente, lo que es mas regular segun dice Sanchez.

(3) En español se traduce en el mismo caso que tiene cada sustantivo latino. *Urbs Athenæ Atenas ciudad*, ó en genitivo algunas veces, v. g. *ciudad de Atenas*.

Miltiades, Cimonis filius, Atheniensis Græciam illustravit. Romani habuerunt Cæsarem imperatorem. M. Roscius prætor rebus adfuit gerendis. Copiæ, præsidium imperii, nos defendunt. Flumen Iberus (vel Iberi); totam abluit Iberiam. Urbs Capua (vel Capuae) erat opulentissima. Regnum Syrie et provincia Sicilia in armis erant. Ibi erat herba lapathum vel lapathi. Cimoni viro fôti hoe turpe non fuit. Persarum rex Darius Europæ bellum intulit. Propono mihi fructum amicitiae ipsam amicitiam. Matronæ Corinthum arcem altam habebant. Accepimus Stilponem, Megaricum philosophum, hominem sane acutum fuisse & temporibus suis probatum.

### LA PREGUNTA Y RESPUESTA. (1)

¿Quis venit? Magister. ¿Quos docet? Nos omnes. ¿Cujus est exercitus? Pompeji. ¿Cui Cæsar favit? Inimicis suis. ¿Cui debemus servire? Deo. ¿Contra quos pugnatis? Contra hostes reipublicæ. ¿Cum quo eis in Ecclesia? Cum Antonio. ¿Vestes pretiosæ cui parabantur? Tibi. ¿Hæccine est tanti meriti merces? Hæc. ¿In qua urbe vivis? Barcimone, Remæ.

---

(1) La respuesta se hará contestando en los mismos casos en que se hace la pregunta, excepto cuando se responde por los posesivos ó por nombres de lugar. Lo que decimos de los casos de los nombres, es extensivo á los verbos.

¿Quanti emisti domum? Magni, ducentis denariis. ¿Cujus est liber? Meus.

### REGIMEN DEL NOMBRE. (1)

Cœlum est sedes beatorum. Providentia Dei est magna. Bonitas Dei laudatur ab Angelis.

Magna est auctoritas sapientis in omni re-publica. Optima omnino sunt consilia senum in summis periculis.

Romanam urbem habuere initio Trojani. Tum dignitas imperatoria magni aestimabatur. Tribunitia potestas restituta est. Consularis dignitas in pretio erat. Cæsar milites Actianos collaudat. Sullani milites victoriam crudeliter exercuerant. Gentem gallicam Carthaginienses ad bellum trahunt. Milites pompejani frumentum non habebant.

### REGIMEN DE LOS NOMBRES QUE ESPLICAN LA CALIDAD DE LAS COSAS Y LAS CIRCUNSTANCIAS Y PROPIEDADES DE LOS HOMBRES, ANIMALES, DIOSES, &c. (2)

Nicasius est boni ingenii (vel bono ingenio) sed pravorum morum (vel pravis mo-

---

(1) El genitivo de posesión se traduce con la preposición *de*. Si el genitivo se hace adjetivo, se traduce por esta misma preposición ó por otro adjetivo que tenga buena correspondencia castellana. *Aula regis*, *vel Regia*, *casa del Rey* ó *Real*.

(2) El genitivo propio de estos nombres se traduce con la preposición *de*.

ribus). Fæmina est formæ pulcherrime (vel forma pulcherrima). Aeneas fuit insignis pietatis (vel insigni pietate).

Iustum diligo, quia est temperatis moribus. Cimon maxima fuit liberalitate. Adest vir summa auctoritate et religione et fidè L. Lucullus. Non audeo confirmare te hominem maximi animi. Idque C. Pansa præstanti vir ingenio ausus est confiteri. Erat dignitate magna. Ille egregius adolescens immoderate fortitudinis morte pœnas dedit. Insigni virtute, diversis moribus fuere viri duo, M. Cato & C. Cæsar. Est C. Casius integritate, virtute, constantia singulari. Petrejus summæ nobilitatis adolescens Cæsarem juvabat. Catilina fuit magna vi animi, sed ingenio malo pravoque.

## LA MATERIA DE QUE SE HACE ALGUNA COSA (1)

Maria habebat annulum auri, (ex auro, vel aureum), et catenam argenti, (ex argento, vel argenteam). Deus fecit mundum ex nihilo. Ratio civilis constat ex multis, magnisque rebus. Aedificabo templum ex vel de

---

(1) El genitivo ó ablativo latino y sus posesivos que denotan la materia de que se hace alguna cosa, se traducen por otro genitivo en español regido de *de*. *Columna eburis*, *ex ebure vel eburnea*. *Columna de marfil*.

marmore, vel marmoreum. Turris eburis vel eburnea erit fortis. Tegumenta viminea milites effecerunt. Argenteam aquilam domi servasti. Oraculum respondit, ut Athenienses mœnibus ligneis se defenderent.

### LA MATERIA DE QUE SE TRATA. (1)

Dic, si vis, de quo disputare velis.

Antequam dicamus de preceptis oratoriis, videtur dicendum esse de specie ipsius artis, de oficio, de fine, de materia et de partibus. Liber sextus Hecatonis de officiis est plenus talium quæstionum. Scripturus sum librum super philosophia.

Sed de ceteris & diximus multa, & saepe dicemus: hunc librum de senectute ad te misimus. Jam enim ipsius Ciceronis sermo explicavit nostram omnem de senectute sententiam.

Habes tres libros, qui tractant de fastis. Hâc super re scribam ad te. De republica, deque his negotiis, cogitationibusque nostris perscripseram ad te diligenter.

Multi Philosophi de cœlumenda gloria libros scripsere. Dicendum videtur de genere belli, de magnitudine, et de imperatore deligendo.

---

(1) El ablativo latino regido de *super* ó *de* propio de las cosas de que se habla ó se escribe, se traduce por un genitivo español regido de *de* ó con la preposición *sobre*. *Hac super re scribam ad te*. *Te escribiré de este asunto ó sobre este asunto*.

## TERMINACIONES NEUTRAS (1)

Paulus Emilius invexit tantam pecuniam (vel tantum pecuniae) in ærarium, ut præda unius imperatoris attulerit finem tributorum. Exordium debet habere plurimum sententiarum & gravitatis; sed minimum splendoris, festivitatis, & concinnitatis. Senes habent aliquid excusationis. Milites sumpserunt aliiquid cibi.

Etsi nihil novi, quod ad te scriberem, habebam, tamen, cum Theophilus proficeretur, non potui nihil ei litterarum dare. Nihil divitiarum habeo, at optimum historiarum lego.

Cesar nihil insidiarum timebat. Non video in hac re quid difficultatis sit. Neque quidquam adhuc certi habemus: si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Auctoritatis in me tantum est, quantum vos esse voluistis. Tibi autem idem consilii do, quod mihi meti-

---

(1) El genitivo latino regido de la neutra terminacion de un adjetivo como si fuese un sustantivo regente, se traduce comunmente formando concordancia con el adjetivo. v. g. *Tantum cibi*, *tanta comida*. En español las terminaciones neutras de los adjetivos rigen tambien genitivo, v. g. *Lo bello del prado*, *lo oscuro de la noche*. Esta analogia manifiesta que la lengua española es hija de la latina. Este orden de locuciones latinas vemos introducido en nuestra lengua. *Sermonem patrum ditaverit*. Hor.

si, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facilè possumus. Pluribus verbis ad te scribam, cùm plus otii nactus ero.

### GERUNDIOS DE GENITIVO. (4)

Antea misissem ad te litteras, si genus scribendi invenirem. Nullam dimicandi moram Pompejus fecit. Catilina cepit consilium opprimendi rempublicam. Cæsar faciebat militibus facultatem pugnandi. Tempus dimicandi erat. Occasio persequendi hostem oblata est. Magna tum erat copia memorandi res gestas.

Initium narrandi sum facturus. Si qua est in me exercitatio dicendi, eà apud vos utar.

### OFICIO Y EMPLEO. (2)

Tu es minister regis à secretis. Ego sum minister regis à rationibus. Illi sunt ministri à consilis. Qui fuit minister à confessionibus

---

(1) Este genitivo se traduce con un infinitivo en español regido de la preposición *de*. *Pompejus fecit militibus potestatem dimicandi*. *Pompeyo dió a sus soldados la facultad de pelear*.

(2) El ablativo latino que designa el oficio ú empleo, se traduce en nominativo en español, ó en el caso del nombre que antecede, v. g. *Minister à secretis, secretario; famulus à pedibus, espolista. Ministri tui à confessionibus, de tu confesor*.

sacris, non erat minister à concionibus. Laurentius est famulus à pedibus, vel servus à calcaribus, non verò servus à manu.

### OPUS Y USUS. (1)

Cum divitiæ soleant afferre hominibus aut amorem voluptatis aut animi superbiam, opus est homini auxilio divino, ut modestiam collat. (2)

Opus est vobis consilio meo, vel consilium meum est opus vobis. Atque haud scio, anne opus sit quidem nihil unquam omnino deesse amicis. Primum erat nihil cur properato opus nobis esset. Dices nummos mihi opus esse. At opus tibi sunt milites. Opus erit mihi divitiis. Antequam incipias, consulto, ubi consulueris, maturè facto opus est. Opus est nobis properare (vel properato). Usus est jam filio viginti minis. Non usus est mihi facere (vel facto). Nunc viribus usus est mihi. Omnia, quæ usus sunt, quæramus. Neque magno

---

(1) *Opus y usus con sum significan tener necesidad. Opus est vobis consilio. Vosotros necesitais el consejo.* Cuando la cosa que se necesita es nominativo en latin, *opus* hace veces de adjetivo en lugar de *necessarius, a, um*; v. g. *El libro me es necesario, liber est opus mihi.*

(2) Maxima admirable de un filósofo gentil, del gran Ciceron. He aquí demostrada la *necesidad de la gracia divina.*

labore opus est nobis ad rem conficiendam.  
Mea præclara facta opus erunt vobis ad imi-  
tandum.

Sed vehementer opus est nobis ingenio tuo.  
Auctoritate tua nobis opus est. Tu, quæ ins-  
tic opus erunt, administrari prospicies. Quæ  
amicis suis opus fuerant, Atticus ex sua re  
familiari dedit. Tabellarius noster celeriter  
quæ opus erant, reperiebat. C. Decius omnia  
quæ usui erant ad defendendum oppidum pa-  
ravit.

### MILLE Y MILLIA. (1)

Mille militum missum est, (vel mille mili-  
tes misi fuerunt). Mille & quingenti in præ-  
lio cecidere. Quadraginta millia romanorum  
cæsa sunt in campis Cannensibus. Decem  
millia hominum et ducenti venère. Duo millia  
et quingenti capti sunt. Rex donavit tritici  
modios quinque millia. His ducenta pedi-  
tum millia, et decem equitum dedit. Ex qua  
regione mille et quinquaginta talenta redi-  
bant. Decem millia Atheniensium in coloniam  
dux misit.

---

(1) Se traducen como sustantivos y adjetivos segun la acepcion latina: á veces como adjetivos teniendo el caracter de sustantivos, v. g. *mille milium*, *un mil de soldados* ó *mil soldados*, *mille milites*, *mil soldados*: *triginta millia hominum*, *treinta mil hombres* y no *treinta mil de hombres* por no estar usado.

## CONSTRUCCIONES DEL ADJETIVO.

### ADJETIVOS DE CIENCIA, IGNORANCIA Y OTROS. (1)

Animal hoc providum, sagax, memor, plenum consilii, quod vocamus hominem, generatum est à Supremo Deo præclara quadam conditione.

Homo est particeps rationis, et investigatio veritatis est propria ipsius ( vel ipsi ). Homo quòd est particeps rationis, causas rerum videt. Sapiens homo et multarum rerum peritus Fontejus fuit. Fabius pictor et juris et litterarum et antiquitatis peritus erat. Multi sunt avidi splendoris & gloriæ. ¿ Quis est, qui non sit cupidior officii quam pecuniæ? Posteritas memor beneficiorum collocavit Herculem in concilio cœlestium. Hic puer est studiosus litterarum & capax magnæ eruditionis. Petrus est doctus philosophiæ, ignarus agriculturæ, & peritus regendi rempublicam. Pater meus erat imprudens harum rerum. Tullia nostra est amoris maximi tui erga nos imprimis memor. Sum certior consilii vestri, ( vel de consilio vestro ) & inscius malorum vestrorum.

---

(1) El genitivo de los adjetivos de ciencia, ignorancia, de los verbales en *ax*, *ius*, *idus* y *osus* se traduce con otro genitivo en español. Lo mismo se traduce el de los participios de presente que están en lugar de adjetivos.

Milites, qui sunt timidi periculi, non erunt avidi laudis, nec invidi gloriæ. Roscius erat compos mentis. Crisogonus eloquentiae fuit studiosissimus.

Lucilius erat ignarus officii civilis ac fortunarum suarum. Tu mihi et in publica re socius, et in privatis omnibus conscientius, et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps esse soles. Sententiæ atque opinionis meæ quoniam voluisti esse particeps, nihil occultabo. Multi sunt expertes litterarum græcarum. Hujusce rei te certiore feci. Ad nos amantissimos tui veni. Miltiades non solum erat prudens rei militaris, sed diligens imperator. Hujus maxime belli te fieri partipem cupis. Plane nesciebam te tam peritum esse rei militaris.

Cum ad te scribam, faciam te certiore rerum mearum. L. Ælius officiorum fuit maximè conscientius, tui cupidus. Conscientius erat Dionisius tanti facinoris. Se eorum amicorum facti memorem fore pollicetur Pœni erant cupidi bellorum gerendorum. Milites quoque fuerant participes laudis. Multorum virorum capax fuit Roma. Erat imprimis appetens gloriæ militaris.

Conscientius mihi sum me nimis cupidum fuisse vitæ. Sum enim avidior etiam, quam satis est, gloriæ.

Quæ regio in terris nostri non plena laboris?

ADJETIVOS DE AMISTAD,  
ENEMISTAD. (1)

Ego sum amicus Ciceroni (vel Ciceronis), quia est amicus Antonii (vel Antonio), & similis mei (vel mihi). Frugalitas est inimica epulis luxuriosis. Hic est familiaris Attici nostri (vel Attico). Catuli esse solent similes canum vel canibus. Hæc domus est communis utriusque vel utriusque. Appetitus conjunctionis est communis omnium animantium vel animalibus. Lentulus recuperavit libertatem propriam populi romani (vel populo romano). Tempus est magis proprium mihi, quam cæteris. Nepos fuit superstes Pomponii Attici (vel Pomponio Attico). Livius fuit æqualis Ennio (vel Ennii). Darius dixit se esse hostem Atheniensibus. Hæc ornamenta sunt tibi cum allis communia. Q. Metellus familiaris Archiæ fuit. Dissimilis semper fuisti mihi moribus. Debemus esse fideles regi & patriæ. Pueri modesti sunt amabiles omnibus. Sententia tua est consentanea rationi. Eris

---

(1) El genitivo ó dativo de estos adjetivos se traducirá con un genitivo en español, pero el de los de semejanza, contrariedad y el de *communis* y *superstes* y otros se traducen elegantemente en dativo, v. g. *amicus Antoni* vel *Antonio*, *amigo de Antonio*, *communis nobis*, *común á nosotros*; *superstes patri*, *sobreviviente al padre*.

earus omnibus. Pax est jucunda civibus, qui sunt grati patriæ. Misisti litteras molestas non-nullis, non injucundas mihi. Hoc nomen philosophiae est invisum quibusdam. M. Terentius multis erat meritò infestus. Locum incommodum tibi nobisque ne quæras. Amici mors amico flebilis esse debebit. Pueri male educati aliquando sibi et patriæ erunt perniciosi. Quid turpius est puerο, quam mendacium, quid vero honestius quàm veritas?

Vilium Milonis mei familiarem videras, cui quidem ego semper amicus fui. Mihi est Domitius inimicissimus, quod sua calamitas est communis utriusque nostrūm. Ligarius cæteris familiaris mortuus est. Erat id temporis inimicus Clodio P. Lentulus. Nec sum in ulla alia re molestus civitatibus. Nec mihi mors est gravis.

### ADJETIVOS DE APTITUD É IDONEIDAD. (1)

Sumus ad justitiam nati. Putamus cognitionem rerum aut occultarum aut admirabilium

---

(1) El dativo ó acusativo con *ad* propio de estos adjetivos se traduce en dativo en español, pero el gerundio de acusativo con *ad* se traduce con infinitivo en español regido de la preposición á ó para; *idoneus bello*; *idóneo á ó para la guerra*, *aptus ad dimicandum*, dispuesto á ó para pelear. Los poetas ponen en infinitivo este gerundio. *Et cantare pares*

esse ad beaté vivendum necessariam. Quod verum, simplex, sincerumque est, id naturæ hominis est aptissimum. Nihil est naturæ hominis accommodatius, quâm beneficentia ad liberalitas.

Milites erant non solùm apti militiæ, sed etiam propensi ad pacem. Animi omnium videbantur esse intenti ad pacem. Fabius erat intentus in suos & in hostes. Omnes non sunt apti bello, vel ad bellum. Ego sum idoneus studio (vel ad studium), sed proprius armis (vel ad arma). Frater meus erat natus ad eloquium. Dejotarus fuisset proclivior amicitiæ, (vel ad amicitiam Ciceronis, quâm tuæ). Diligo illum, qui est propensus ad virtutem. Bonus civis semper est paratus ad defendendum patriam. Ingenium Annibal is erat habile ad parendum & imperandum. Luculus paratus non erat ad tantum bellum administrandum. Res idoneas ad bellum oppidani undique parabant. Ad rei militaris scientiam multi sunt nati. Oratio hominis dignitati accommodata esse debet.

Cæsar is milites erant apti militiæ, neque minus parati ad dimicandum. Id enim mihi et ad brevitatem aptius et ad reliquas res providentius. Cognitionem rerum ad bené vivendum necessariam ducimus. Castris idoneum locum Pompejus diligit. Hæc regio est

---

*et respondere parati, id est, ad cantandum et respondendum.*

parum idonea ad munitiones. Idoneas res adhibuit Plato ad scribendum. Hic locus est ad dicendum ornatissimus, ad agendum amplissimus, ad perorandum sacratissimus.

### EXOSUS Y LOS EN BUNDUS. (1)

Vulcanus erat exosus omnes Trojanos. Plebs est exosa nomen potentium. Pœni erant populabundi agros. Expiravit Piso velut gratulabundus patriæ. Jam verò populus servitutem perosus est. Unus tamen quisque patriæ mores exosus est. Laborem milites pertasi sunt. Hostes errabundi domos suas pervagantur. Tunc civitas pertesa servitutis pristinam recuperavit libertatem. Jam plebs consulum nomen haud secus quam regum perosa erat.

### ADJETIVOS DE ABUNDANCIA.

#### ESCASEZ. (2)

Sum pastor abundans pecoris nivei, (vel pecore niveo), abundans caseorum vel caseis,

(1) Los verbales en *bundus* y los participios *exosus*, *perosus* y *pertesus* se traducen como si fuesen verbos activos en el tiempo del verbo auxiliar, v. g. *Pertesus fuisti laborem*, aborrecistes el trabajo.

(2) El genitivo latino de estos adjetivos se traduce con otro genitivo español y á veces en ablativo

sed parcus frumenti. Vir insignis virtutibus semper fuit dignus laudis vel laude. Soror tua est prædita magno ingenio, & contenta sua sorte. Malitia freta ingenio consuevit labefacere vitas hominum. Præclara fuit vox, dignaque magno et sapienti viro. Quo genere (vel cuius generis) referti sunt libri? Erimus contenti his præceptis rethorum ad usum oratorium. Rex turpes sunt indignæ ætate tua (vel ætatis tuæ) genere & fortuna. Nulla epistola tua est inanis re aliqua utili. D. Brutus carros re frumentaria plenos ad oppugnationem Massiliæ transduxit. Omnia erant plena timoris et luctus. Milites jam vacui labore quieti se dederunt. Urbem cepimus refertam omni commeatu. Cesar naves frumento onustas incendit. Milites magna virtute præditos ad se adduci jubet. Fretus numero copiarum in hostem iter facere cœpit. Neque hoc contentus Cesar longius progressus est. Nuda tamen auxiliis romanis Hispania erat.

Cimon Thasios opulentiam fretos adventu suo fregit.

Erat Italia tunc plena græcarum litterarum. Hic locus nunquam vacuus fuit ab hominibus dignis. Me de Cæsaris litteris certiorem fecisti. Vix tandem legi litteras dignas Appio Claudio, plenas humanitatis, offici, diligentiae. Homi-

---

con la preposicion *en*; del mismo modo se traduce el ablativo latino, y á veces con la preposicion *por* *Insignis pietate*, distinguido *en ó por* su piedad.

nem tanto ingenio præditum quis non admittetur?

Quilibet ex apostolis vir erat virtute clarus, sapientia preditus.

### ADJETIVOS DE DESC. DIVERSIDAD, ORDIN. (1)

Hipocrates & Epicides erant nati Carthagine, sed oriundi à Syracusis. Ego ibam secundus, tu veniebas tertius, ille quartus à rege. Certa cum illo, qui à te totus diversus est. Homo erat alienus à litteris. Sempronia non erat aliena consilii. Istud factum est alienum à dignitate tua. Dixisti verba longè abhorrentia à veritate. Clara stirpe natus adolescens à pravis moribus abhorrebat. Mæcenas atavis regibus editus Horatium ornavit. Terentius ab infima plebe oriundus creatur consul. Serie temporis ipse fui quartus ab his. Cesar itinere diverso ab ea regione petere cœpit. Sed tamen provinciam tenuistis à predonibus liberam. Asiam incolebant Græci gener. Ab his longè diversas litteras Q. Catulus in senatu recitavit.

Pompejus, ubi videt Catilinam contra acratus erat, magnâ vi contendere, cohortem prætoriam in medios hostes induxit. Aliæ enim

---

(1) Los casos de estos adjetivos se traducen con la preposición *de*. La conjunción *atque* denota elegantemente la diversidad.

sunt legati partes atque imperatoris. Cœpi tamen secus agere, atque initio dixeram. Tullia in fortunā longè aliā erat, atque pietas ejus et dignitas postulabat. Tu es alius ab Antonio (ac vel atque Antonius). C. Curius est ille quidem, ut scis, libertus Posthumii familiarissimi mei, sed me colit & observat æquè, atque illum ipsum patronum suum.

## NUMERALES PARTITIVOS Y SUPERLATIVOS. (1)

Demosthenes fuit eloquentissimus totius Græciæ, (vel ex tota Græcia), et sapientissimus politicorum illius temporis. Quis ex duabus præerit copiis? Unus è populo dixit. Quis quam eorum fuit, sed nemo ex civitate. Cæsar erat callidissimus ex imperatoribus, sed Cræsus fuit inter reges oppulentissimus. At *qui* quis vestrum reminiscitur nostri? Aliquis vestrūm efficit æternam memoriam nostri? Quilibet è populo nomen tuum fortasse quæret. Quicumque ex illa strage jacebat semia-

---

(1) El genitivo y ablativo con la preposición *ex* ó *de*, el acusativo de plural regido de *inter* propios de los numerales, partitivos y superlativos se traducen con la preposición *de* en español. *Doctissimus omnium græcorum*, *ex omnibus græcis*, *inter omnes græcos*. El mas docto de todos los griegos. El superlativo latino que no rige caso, se traduce con el superlativo español *ísimo* ó con el adverbio *mui*.

nimis, mortem petebat. Dissertissimus Romuli nepotum habebatur Cicero. Optimus quisque ex illa cohorte in hostes impetum faciebat.

Quisquam eorum fuit imperator, sed nemo ex civitate militibus opem ferebat. ¿ Quem nostrum ignorare arbitraris? ¿ Servitutem quis vestrum recusare audebat? ¿ Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roseii morte nuper non commoveretur?

Nobis carissima est vestri memoria. Habe-  
mus ducem memorem vestri. (1)

### SUPERLATIVOS RESUELtos. (2)

Equites perpauci ex prælio se recipiunt. Permulti alii præterea pugnant inter se atque contendunt. Perexigua pars illius exercitus superest. Est id mibi vehementer gratum. Cato fuit maximè peritus civitatis regendæ. Fac-

---

(1) *Nostrum vestrum*, para los numerales, partitivos y superlativos: *nostri*, *vestri* para las demás partes de la oración. Sin embargo, se encontrará algun ejemplo rarísimo en los clásicos, en que *nostri* y *vestri* vengan regidos por los numerales, superlativos y partitivos.

(2) Estos superlativos y los casos regidos por ellos se traducen como los superlativos compuestos. Los adverbios *valdē*, *maximé*, *admodum*, y la preposición *per* con qué se usan, sirven para dar más realce á la expresión y hacer más vehemente el estilo. *Horrida maximé, perquām crudelia bella.* Virg.

ta hujus sunt maximè illustria. Prudentissimus quisque maximè negotiosus erat. Peropportuna dimicandi occasio fuit illis. A Fusium unum ex meis intimis perhumanitè tractabis. Ejus admodùm exiguae copiae erant. Homines hominibus maximè utiles esse possunt. Crude-litas est hominum naturæ maximè inimica, Cennius est perbenevolus.

### COMPARATIVOS Y SUS ADVERBIOS. (1)

Nullum malum est majus turpitudine. Non nulli dicunt, senectutem esse onus gravius Ætna. Cavendum est, ne pœna sit major cul-pâ. ; Quis fuit in Græcia clarior Themisto-cle? Quæro ex te, utrùm sit bonum aliquod majus virtute. Veni celeriùs solito. Cesar opiniōne celeriùs venturus esse dicitur. Hôc mihi gratius facere nihil potest. Nihil mihi carius est quām respublica. ; Quis locus et domes-tica sede jucundior? Nihil est gratius amici-tià in his nostris studiis.

---

(1) El ablativo propio de los comparativos y sus adverbios se traduce con la conjuncion española que: *major Neptuno*, mayor que Neptuno. Si se encuentra el comparativo resuelto con los adverbios *magis* ó *minus*, el caso regido se traducirá tambien con la misma conjuncion. (a)

(a) Los poetas tambien usan de la preposicion *ante* en el caso del comparativo. *Scelere ante alior immanior omnes*. Virg.

Darius Scytiam pacavit citius dicto et maturius opinione sua. Hoc homine neminem vidi callidiores. ¿ Num major Neptuno est Alexander? Majora sunt periculis præmia. Minora opinione erant auxilia. Tardiùs quam soiebam, veni. In amicitia nulla pestis est pejor quam adulatio. Nihil est annis velocius.

Aliqui sunt minus felices. Nemo illo minus fuit emax, minus edicator.

### ADICIONES A LOS COMPARATIVOS Y SUPERLATIVOS. (1)

Cæsar erat peritissimus omnium romanorum rei militaris. Milites Pompeji erant pleniores timoris vel timore imperatore suo vel quam imperator suus. Alexander magnus fuit saepe dignior elogii aliis victoribus vel quam alli victores. Aristides fuit inter homines, vel ex hominibus tenacissimus justitiae. Amicior fuit quam cæteri omnium libertati. Roscius gratissimus erat Cæsari et centurionibus. Nullus in eo prælio miles dignior præmio inventus est Curione. ¿ Quis amicior libbi, quam is, qui verum dicit? Unus nostrum ad prætorem adibit, et fortissimus vestrum eum excipiet.

---

(1) El mérito de la traducción de los ejemplos de esta regla está en dar el valor correspondiente á los casos del positivo, sin embargo de estar el adjetivo en el grado comparativo y superlativo.

Si te cupidissimum mei videro, tibi carissimus essem. Sed te simillimum Deo judico. Nec te tibi carior est alter. Nec mihi amicior P. Silio quisquam est. Non alium locum prælio aptiorem esse credebat.

Quis plenior inimicorum fuit. C. Mario? Mihi nemo est amicior, nec jucundior, nec carior Attico. Neque ego amicior unquam fui C. Cesari quam illi.

### GENITIVO DESPUES DE ALGUNOS

PRONOMBRES. (1)

Meum solius peccatum ignosci non potest. Tot ergo sint solliciti meâ unius causa? Mallem te desiderare litteras meas, vel meo ipsius interitu. Itaque ero contentus amicitiâ nostrâ ipsorum. Vestra sociorum interest defendere nos. Tua Antonii (vel qui vocaris Antonius) intererit comperire veritatem. Mea hominis probi quid refert? Deliquisti meâ indulgentiâ solius.

Grata mihi vehementer est memoria nostri tua. Magni mea interesse putavi. Meum solius desiderium me afficit voluptate. Meâ unius diligentia Græcia liberata est.

---

(1) El genitivo de estos pronombres se traduce en español formando concordancia con el caso del pronombre: *Meum solius desiderium*, mi deseo solo.

## GENITIVO DESPUES DE SUM. (1)

Est animi fortis & constantis non perturbari in rebus adversis. Est sapientis subvenire tempestati quavis ratione. Est judicis sequi semper veritatem. Erit sapientiae vestrae constituere has res. Meae dignitatis erat satisfacere officio. Amicorum est consolari tali tempore. Conon negavit id arbitrium esse consilii sui, sed ipsius, qui suos optimè nosset. Magni animi est calamitatem perferre. Est boni magistratus, cum auxilia reipublicæ labefactari convellique videat, ferre opem patriæ. Populi grati est præmiis afficere benemeritos de republica cives: viri fortis ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse pœnitentia. Hoc sentire est prudentiae: facere fortitudinis. Est igitur adolescentis majores natu vereri.

Jam tota Siria, jam Phœnice quoque Macedonia erant. Fuit magni animi non esse suplicem victori. At erat tuae virtutis in minimis res tuas ponere. Decuriones docent sui judicii rem non esse.

---

(1) El genitivo de este verbo regido ocultamente de un sustantivo significa posesión, pertenencia y oficio: se traduce así, *est animi fortis* es propio del ánimo fuerte.

## SUM SIGNIFICANDO TENER. (4)

Sunt etiam sua præmia laudi. Nulla dubitatio est vobis de hac re. Nulla pax potest esse nobis. Locus non erat jam consilio. Copia veniendi fuit illi. Potestas erit vobis. Copiae sunt nobis. Vos, quibus inopia est, venite huc. Credo bellum fore nobis. Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est. Senatui Romæ magna erat potestas. Quid tibi mecum rei est? Vos apello, quibus magnæ semper fuerunt divitiæ.

Sunt quibus copia est vivendi magnificé. Mihi cum eo magna jam inde usque à pueritia semper fuit familiaritas.

Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæsarem mittere.

## SUM SIGNIFICANDO SERVIR DE Ó CAUSAR. (2)

Sapientes sunt ornamento reipublicæ. Eares fuit regi magno honori. Eloquentia fuit

(1) El dativo latino es nominativo en español al tiempo de traducir, y el nominativo será acusativo. El verbo *sum* significa tener: *præmia sunt laudi* la alabanza tiene sus premios.

(2) El dativo de persona es tambien dativo en español: el de cosa se traduce con la preposición *de* en la significación de *servir de*, y con acusativo en

quondam ornamento cæteris virtutibus & præsidio reipublicæ. Neque oratores sibi exemplo sunt. Epistola tua fuit mihi magnæ lætitiae. Solatio vobis ero in miseriis.

Sempiternæ laudi tibi est iste tribunatus. Nunquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Mihi salus tua tantæ curæ fuit, ut nihil solatio mihi esset. Hoc nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, præsidio fuit. Studia mihi nostra saluti fuerunt. Stultitia tua est mihi dolori.

### VERBOS ACTIVOS TRANSITIVOS. (1)

Ego amo parentes meos & sequor doctrinam suam. Odi et detestor istum juvenem.

Audacia vicit timorem. Thraces tunc eas regiones tenebat. At ille talem conditionem aspernabatur. Terror oblatus sustulit spem deditiois. Perversa opinio plerosque invasit. Pars major meliorem vicit, omnesque tam infestum consilium seculi sunt.

---

español cuando al verbo *sum* damos la significación de *causar*.

(1) Apenas hay que advertir en esta regla, cuya sencillez se manifiesta por sí misma. Tradúzcase al español cada caso y tiempo segun lo indican las palabras latinas.

## MISERET Y OTROS IMPERSONALES. (1)

Miserebit Deum mei, si pœnituerit me peccatorum meorum. Pigebit te facti. Tædet omnes nos laboris. Pudebit pueros ignaviæ suæ. Deus dixit: pœnitet me fecisse hominem. Tædet vos vivere. Pertædet me hujus negotii. Debet pœnitere nos malæ vitæ nostræ. Si cupidissimus sit vitæ suæ, non potest pœnitere eum sui facti. Cœpit tædere populum itineris ac laboris. Solitum fuerat pudere nonnullos milites ignaviæ suæ. ¿Quem romanorum pudet uxorem ducere in convivium? Tædebat milites longæ viæ. Miseret me fratris tui. ¿Pravi facti non te puduit?

Cujus facti celerius ipsum quam regem pœnituit. Numquam eum suscepti negotii per-

(1) El acusativo de persona con que los clásicos usan estos verbos, es el sujeto en español: el genitivo de cosa se traduce con la preposición *de*: «*pœnitet me sceleris*» me arrepiento de la maldad. A veces el genitivo latino hace de sujeto en español: «*tædet me vitæ*» me fastidia la vida. Supliendo el sustantivo oculto del genitivo que regularmente es *sor* ó *negotium*, conservan estos ejemplos la forma de una primera de activa: v. g. *Sors sceleris pœnitet me* (a).

(a) Los poetas colocan en acusativo con mucha frecuencia este genitivo de cosa. *Fugit*, *latet*, *juvat*, *delectat* tambien ponen en acusativo la persona que es sujeto en el discurso.

tæsum est. Me civitatis morum piget, tædetque. Me imperii vestri pœnituit, cuius te ipsum pœnituerit.

Quem neque puduit quidquam : { Terent.  
Dic mihi ¿non te hæc pudent? }

### VERBOS DE ACUSAR, CONDENAR. (1)

Cum accusavisti Didaeum furti, judex damnavit illum cuadrupli. Ego condemnabo te eodem criminis. Miltiades absolutus capitis reversus est in patriam. Scio multos morte mulctatos fuisse. Ambo damnantur capitis vel capite. Judex damnat te furti et homicidi. Arguebas me et fratrem furti. Accuso illos de suspicione. Alter capitis damnatus, alter exilio decem annorum mulctatus est. Proditios uterque accusantur. ¿Me de familiaritate Pompeji objurgas?

### VERBOS DE DAR DECLARAR. (2)

Cum scripsi epistolam patri tuo. miseram tibi librum. Pueri anteponunt ludum stu-

---

(1) El genitivo ó ablativo latino de los verbos de acusar y condenar se traducen con la preposición *de* y *por*; pero el de pena con *a*, «*Te accuso summi sceleris.*» Te acuso de traicion. «*Capitis te plecto aut condemno.*» Te condeno á muerte: *exilio*, á destierro.

(2) Los verbos de *dar*, *declarar* tienen una mis-

dio, & præferunt res noxias utilibus. Geor-  
gias Leontinus subjicit materiam infinitam et  
inmensam artificio huic. Pudet me objicere  
haec crima tali viro. Commodavi tibi ves-  
tem, ut redderes eam mihi postridie ejus  
diei. Rex præfecit te exercitui, quia incu-  
tiebas magnum terrorem hostibus. Bona va-  
letudo anteponatur voluptati, vires celerita-  
ti. Magister docet mihi filios meos gratis,  
quia necavit mihi mancipium, quod erat mi-  
lle drachmis. Dabo tibi equum, si redditis  
mihi bona, quæ commisi tibi anno superio-  
re. Hujusmodi libri ne minimam quidem ex  
parte conferendi sunt legibus et disciplinæ  
Licurgi. Quem possumus conferre cum eo  
non solum magnitudine ingenii, sed etiam  
animi? Quæso, Pontifices, comparete homi-  
nem cum homine, tempus cum tempore, (vel  
tempori homini). Imperator admiscuit fundi-  
tores sagitariis vel cum sagitariis. Minutius  
conjunxit se dictatori vel cum dictatore. Ad-  
jiciam animum negotiis tuis (vel ad negotia

---

ma construccion en las dos lenguas ; pero en la latín el dativo de persona se pone en acusativo con la preposicion *ad* ó *in* con los verbos *mitto*, *scribo*, *nuncio* y otros y se traduce como si fuese dativo. Con los de *juntur*, *comparar* se traduce tambien con la preposicion *con* en ablativo, pues aunque á veces se encuentra en latín este dativo ó acusativo en abla-  
tivo, sin embargo le viene mejor esta traduccion en  
nuestra lengua, aun estando en dativo.

tua). Dolabellæ tuo gratias agemus. Ille autem Atheniensibus officia præstabat. Digni misericordiæ erant ii, quibus nulla spes salutis relinqueretur. Impendere tempus studiis debeamus. Summa severitas summâ cum humanitate conjungatur. Senatus ægrè ferebat plebem exæquari sibi. Omnia bona tibi restituo. Cæsari provincia restituitur. Ea res per fugitivos hostibus nunciatur. Litteras ad Pompejum statim misit. Tibi officium meum præstabo.

Cæsar ad imperium populi romani Ciliciam adjecit. Huic alteram legionem adjunxit. Pausanias epistolam ad Xerxem misit. At Xerxes, Persarum rex, ad eum continuò scripsit, Pharnabazumque misit.

Hoc illis dictum est, quibus honorem, & gloriam Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

### VERBOS CON DOS DATIVOS. (1)

¿Quis erit, qui non vertat id tibi vitio? Hoc

---

(1) En esta regla hay que observar que el dativo de cosa se traduce con la preposición *de*, *en*, y *para* «*Cæsari copias subsidio misit.*» Envío al César las tropas *de refuerzo*, *en refuerzo* ó *para refuerzo*. El dativo de persona se traduce como los de *dar*, *declarar*. (a)

(a) El verbo *sum* pertenece en cierto modo á esta regla en la significación de *servir de* ó *causar por tener un dativo de persona y otro de cosa como los verbos *do*, *tribuo*, *verto*, *duco*, *habeo* y *mitto* en la significación de *dar* y *atribuir*.*

erat, quod tribuebatur illi ignaviæ. Artaxerxes misit mille modios tritici muneri urbi nostræ. Dā mihi fœnori ducentas drachmas, et relinquam tibi pignori catenam argenteam. Matronæ vertebant vitio Medæ, quod abes- set à patria. Laudi ducitur in Græcia ado- lescentibus quam plurimos habere amatores: at id nostris vitio tribuitur. Urbem omnibus rebus refertam militibus prædæ reliquit. Præ- sidio tibi mittam delectos viros ex manipu- lis. Argentum dedisti mihi auxilio viæ. Istud argentum fœnori illi nunquam dabis.

Cohortes duas castris præsidio misi, ne quis tibi hoc vitio verteret. Marcillinus sub- sidio nostris copias misit. Legiones, quas præ- sidio nostris miserat, castris subsidio reliquit. Is auxilio Xerxi venerat. Cæsar reliquit duas cohortes præsidio castris.

### MONEO, DOCEO Y OTROS CON DOS ACUSATIVOS. (1)

Magister docet nos grammaticam, & mo- net nos virtutem. ¿Quis enim de isto gene- re nos docuit? Omnia te ordineedocebo. Pu- tavi te de ea re admonendum esse. Commones me misericarum mearum. Illi me frumentum flagitabant. Hoc tibi ita te rogo, ut majore studio rogare non possim. Interrogo vos mul-

(1) Se traducen dando la significacion que in- diclan las palabras latinas.

ta vel de multis. Isthæc flagitia celavisti me et patrem. Bassus noster me de hoc libro celavit. Non est de illo veneno celata mater. Hoc diutiùs Alcibiadi celari non potuit. Veritas ne celetur mihi à te. Scire nihil interest, quis musicam docuerit Epaminondam. Latrones aurum viatorem poposcerunt. Neque vos edocere tantam rem cupio. Isthæc tu me interrogas? Catilina cœperat admonere alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complures periculi aut ignominiæ, multos victoriæ Sullanae. Ille, quæ parabantur, à perfugis fuerat edoctus. Cæsar rogatus fuit sententiam à consule. Cicero per legatos cuncta erat edoctus.

### VERBOS DE LLENAR, VACIAR. (1)

Silla explevit divitiis suos. Onerabis jumentum saxis. Levas me ægritudine. Pompejus induit se lorica (vel sibi loricam). Exonerasti nos metu. Afficies me maximo beneficio. Affectus sum magno dolore. Filius tuus erat dignus, qui verberibus afficeretur. Quibus te laudibus prosequemur? Cæteros homines venevolentia prosequi debemus. Pharnabazus regno patrio spoliatus est. Maxima voluptate afficiar ex tua in Lucejum benevolentia. Patre tuo viro amantissimo privatus sum. Scipio exoneravit nos metu.

---

(1) Se traduce el ablativo de estos verbos con la preposición *de*.

Miro desiderio me afficit urbs. Magno Cæsar amore prosequebatur milites. Maximâ in Lepidum affectus sum benevolentia. Propinquos nostros prosequi amore debemus. Pompejus Cyzicum obsidione liberavit.

VERBOS DE OIR, RECIBIR, CON  
ABLATIVO Y PREPOSICION. (1)

Metus suplicii divini revocabit multos à scelere. Pomponius accepit hæreditatem à majoribus. Ex litteris tuis cognovi bellum extinctum fuisse. Ex tuis litteris mibi video intelligere, te nihil commissurum esse temerè. ¿Quæris à nobis cur hoc homine tantoperè delectemur? Non quæro ex te, quare Roscius Patrem occiderit. Epicuri sententiam ex Vellejo sciscitabar. Latrones abstulerunt mihi (vel à me) magnam vim auri atque argenti. Difficile est secernere amicum blandum à vero. Sejunge te aliquando ab iis. Nec vero amplitudo Platonis deterruit Aristotelem à scribendo in philosophia. Deterrebo te de sententia. Ego removeo me à talibus consiliis. Ab amico meo pecunias multas sumere volo. Abs te etiam peto, ut A. Fusium adjuves. Hæc omnia ex meorum litteris cognovi. Magnam victoriam cum quinquaginta prædæ ta-

(1) El ablativo de estos verbos regido de la preposición *a*, *ab*, *e*, *ex* ó *de* se traduce al español con las preposiciones *de* ó *por*.

lentis Conon ab hoste reportavit. Atticus Gelium Canium ex numero proscitorum exemit.

Themistocles ex patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus.

Multi audierunt ex te neminem nisi te dicitem esse. Ex tuis litteris, quas publicè misisti, cepi unà cum omnibus incredibilem voluptatem. Librum ex amico meo accipere cupio.

### VERBOS PASIVOS Y OTROS. (1)

Laudor à magistro. Omnes trahimur studio laudis. Socius quærendus est tibi. Nulla sororum tuarum visa est mihi. Latus fui in Siciliam vi ventorum. Liber tuus et lectus est, et legitur à me diligenter, et custoditur diligentissimè. Ita mihi non tam copia, quam modus in dicendo quærendus est. Nos poetarum voce movemur. Bestiæ sæpè immanes cantu flectuntur. Ludis oblectamur & ducimur. Hoc neque senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Litteris tuis vehementer commovebar. Observor à familiarissimis Cæsaris omnibus.

Omnes orbis terrarum gentes à Romanis subactæ fuerunt. Hi ab hostibus sæpè sunt profligati. Multi Romanorum exercitus à Cartaginensibus cæsi sunt; attamen Roma ab his nunquam capta fuit.

---

(1) En español se traducen el ablativo y acusativo de persona agente con la preposición *por*.

Tùm crebræ per Albicos eruptiones fiebant ex oppido. Minister à quo vapulabas, per regem exulavit. Per omnes nunc Sulpicius Rufus Italìa exulat.

### VERBOS DE MEMORIA Y OLVIDO. (1)

Videbor meminisse minùs constantiæ meæ. Ille est Antipater, quem tu probè meministi. De omnibus rebus meminero. Reminisce-re ea, quæ digna sunt personâ tuâ. Flagitiorum tuorum recordabor. Fortunæ pristinæ recordabar, cujus famæ jam oblitus eram. Obliviscor injuriarum, & depono memoriam doloris mei. Orator, cujus nunc nemini, totam causam oblitus est. Misereor vobis, adoles-centes. Stultum est te eorum meminisse, tui oblivisci. Titurius orabat, ut Pompejus sui misereretur. De illo ne meminisse quidem vo-lo. Omnia obliviouscor. Plerique mortales postrema meminère. Semper dum vivam, tui meminero. Reminiscere ea, quæ oblitus sum.

Num satagis tute rerum tuarum? Qui suæ satagit mortis, simul de vita satagit. Paullus rerum suarum satagebat. Clinia satagebat rei familiaris. Consul satagebat de vi hostium.

---

(1) Estos verbos rigen genitivo, acusativo y ablativo, y estos casos se traducen indiferentemente en genitivo ó acusativo. *Obliviscor injuriarum*, olvido las injurias ó de las injurias.

INTEREST Y REFERT. (1)

Ego defendam patriam, parentes, propinquos meos. Hoc vehementer interest reipublicæ. Consulis intererat conservare rempublicam. Utriusque nostrum magni interest, prius ut te conveniam, quam decedas. Quod arbitror interesse & mea, & reipublicæ, & maximè tua. Magni ad honorem nostrum interest patriam defendere. Magni mea interest, te consulem designari. Magni interest Laurentii studere philosophiæ, & tua interest tanti, quanti sua. Interest illius vel sua, habere plures amicos, (vel est suum &c.) Mea semper intererit honori et dignitati consulere. Vobiscum mihi oratio est, quorum interest militarem disciplinam retinere. Nam is, cuius interest suos defendere, in castris manet. Nostrum est (vel nostra interest) vobis pacem restituere.

Senatorialis refert administrare rempublicam. Mea, qui sum fortis, refert mortem obire pro patria. Nostra omnium interest litteris operam dare. Sapientis est mutare consilium. Ad nostram laudem non multum video interesse pe-

---

(1) El genitivo de *sum*, *interest*, y *refert* en la significacion de *importar*, *convenir*, se traduce en dativo en español con la preposicion *a*. El régimen de este genitivo es el sustantivo latino oculto *officium* ó *negotia*.

tere consulatum. Puto esse meum, quid sentiam, exponere. Tuum est consulere incolumentati civium et libertati.

## NOMBRES VERBALES CON EL REGIMEN DE LOS VERBOS DE DONDE NACEN. (1)

Milites sacramenti mentionem faciunt. Omnibus patet aditus ad regem. Sardes veniunt subsidio copiis. Semper consentanea est obedientia legibus. Reditus ab exilio fuit imprimis necessarius. Opus nobis est amicitia tui vel Antonii. A te peto auxilium nobis. Exercitus per Illyricum Italae subsidio proficeretur. Ad rei militaris scientia multi sunt nati. Homines capit justitiae oblivio. Depono memoriam doloris mei. Faciles aditus ad eum esse videntur.

## SUM Y SUS COMPUESTOS. (2)

Præmium fuit semper bonis & pœna malis.

---

(1) Algunos nombres sustantivos tienen el régimen de los verbos de donde provienen. El régimen enseñará el modo de traducirlos, que es sencillísimo.

(2) El dativo del verbo *sum* y sus compuestos se traduce en español por otro dativo. Los verbos *absum* y *possum* rigen ablativo y se traducen el del primero con la preposición *de* y el del segundo con la *en*, *con* y *por*, v. g. *Aberat à Carthagine* estaba ausente de Cartago: *possum gratia*, puedo en favor con o por favor, (en frase) tengo favor.

Multum obest scholasticis deesse lectioni. Sapientia sine eloquentia parùm prodest civitatibus; eloquentia vero sine sapientia plerumque obest eis niiniùm, & numquàm prodest. Sæpenumero querelis intersui æqualium meorum. Pollio non solùm interfuit omnibus prælis, sed etiam præfuit. Plurimum audaciæ inerat illi homini, (vel in illo homine). Dolabella legitimis adfuit nuptiis.

His rebus interfuit Arsenes, qui Ciliciæ præerat. Neque tu multùm interfuisti rebus gerendis. Non deerat negotio Curio. Tum Brutus à Rómâ abfuit. Cæsar omnibus præfuit copiis. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit. Conon pedestribus exercitiis præfuit. Omnibus unus insulis præfuerat. Massiliensibus nulla res defuit.

### VERBOS NEUTROS CON DATIVO. (1)

Lepidus Antonio serviebat. Qui Patriæ nocet, invisus est omnibus. Deus non solùm universis, verùm etiam singulis hominibus consulit. Qui Deo satisfacit, hominibus gratus est. Reges pulicæ tranquilitati, civiumque felicitati consulunt. Non suis, sed publicis inserviunt commodis: viris sapientibus ac prudentibus, qui societatis quieti invigilant, in-

---

(1) El dativo de estos verbos se traduce al español con otro dativo que parece acusativo en castellano.

feriorum munerum administrationem permit-tunt. Homines consuescerent parere aliis vo-luntate sua. Illi resistebant audacibus, & unus-quisque opitulabatur amicis. Consulendum fuit reipublicæ. Prætermitatur id, quod officit ip-si causæ. Occurrunt tibi injuriæ, quæ te res-pirare non sinunt.

Efficiendum est, ut appetitus obedient ra-tioni, et careant perturbatione animi. Servien-dum est publicæ utilitati. Vide quām suaviter voluptas sensibus blandiatur. Sapientis est ce-dere tempori. Turris imminet urbi. Tota illa lex tuæ petitioni refragata est. Pergite, ut facitis, & in id studium incumbite. Mors im-minet mihi à te. Utilitas videtur repugnare sape honestati. Testor Deos, qui præsident huic urbi. Omnibus convenit servire utilitati et tranquillitati. Quod mihi antea valdè arris-serat, nunc vehementer displicet. Zeuxis an-tecellere cæteris pictoribus videbatur. Cum placeant nobis silvæ, in silvis vitam agemus. Quām vehementer displico mihi!

### VERBOS NEUTROS QUE TIENEN ACUSATIVO. (1)

Vos meum casum doleatis, quod cæteri

(1) En varios poetas y prosistas célebres se encuentran estas locuciones de los verbos neutros ó intransitivos, y se salva la gramática supliendo al acusativo una preposición. También hay verbos

solent dolere. Isti sunt, qui te manent, nihilque student. Thalamos tremisco, quia vox hominem sonat.

Is privatam servitutem servit. Vita, quam vixit, durissima fuit. Juravi pulcherimum et verissimum jusjurandum. Secunda ætas vivitur à me. Tertiam hominum ætatem Anaxagoras vixerat. Vivas utinam ætatem miser,

Formosum pastor Coridon ardebat Alexim.

**LIBET, LICET, LIQUET Y OTROS  
IMPERSONALES. (1)**

Licet nobis renovare memoriam patris. Non libet mihi dicere plura de republica. Nemini licet ducere exercitum contra patriam. Si res liquet tibi, fer sententiam. Siria obvenit Scipioni. Licebit nobis per regem. Hoc constat omnibus, Omnibus expedit rempublicam esse salvam. Hoc unum restat mihi. Nam quid turpius homini usuvenire potest? Neque vero Annibalem fefellit, se suis artibus peti. Doctissimorum præcepta te non fugiunt. Non

---

intransitivos de los cuales, para hacer mas redundante el estilo, se saca un acusativo de su propia significacion.

(1) El dativo de los verbos *libet*, *liquet*, *expedit* se traduce con otro dativo en español. Tambien se traduce con dativo el aensativo de *fugit*, *juvat*, *delectat* como tambien el de *attinet*, *pertinet*, *spectat*.

te præterit, quām sit difficile. Hoc decet puerum. Non decet vobis. Fieri sic decet. Ea, quæ pertinent ad veritatem & fidem, sunt digna homine justo. Hoc tantum spectat ad res publicas privatasque. Quod ad me attinet, servos ipsos neque arguo, neque purgo. Expediit pueris litteris operam impensè dare. Juvat illum aut domus aut res. Ne te delectet tarda decessio. Plurimūm me pictura delectat. Accidit nobis res mira. Multa nos fefellerunt.

Quem non delectabit poesis? Pulchritudo movet oculos et delectat.

### ABUNDO, VACO, CAREO Y OTROS NEUTROS CON ABLATIVO. (1)

Pietas in Deum optima est, atque virtutibus abundat maximis, dulcissimoque fruitur præmio. Honos itaque magnus Deo habendus est (2). Spiritum, quem ducimus, lucem qua

---

(1) El ablativo de estos verbos se traduce con la preposición *de* ó con cualquiera otra de las de ablativo atendiendo al sentido y algunas veces como un caso de verbo activo en español, v. g. *Egeo auxilio tuo*: necesito de tu socorro ó necesito tu protección: *Fruor divitiis*: tengo riquezas: *Vivo parvo*: vivo de ó con poco. El ablativo latino puede tambien ser genitivo por construccion griega y *potior*, *fungor* y *vescor* tienen tambien acusativo; pero todos se traducen de un mismo modo.

(2) *HABENDUS pro dandus est.*

fruimur, commoda quibus utimur, à Deo nobis dari videmus.

Omnia relinquas, si me amabis, cum opprērā tuā Fabius uti volet. Jam vero & earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus indigeremus, inventio certe nulla esset, nisi his numeribus homines fungerentur.

Ego meo Ciceroni, quoniam Romā caremus, Arpini potissimum togam puram dedi. Neque nos te fruimur, et tu nobis cares. Sed tamen recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim. Cujus sermone ita tūm cupide fruebar, quasi jam divinarem id quod evenit, illo extincto, fore, unde discerem, neminem. Credo nec fas esse ulla me voluptate hīc frui. Quòd si istis ipsis voluptatibus bona aetas fruitur, libentiūs primū parvulis fruitur rebus, ut diximus: deinde iis, quibus senectus, etiam si non abundē potitur, non omnino caret.

Otium nobis exoptandum est, quod ii, qui poliuntur rerum, præstaturi videntur. Cleantes, qui quasi majorum est gentium, Stoicus Zenonis auditor solem dominari & rerum potiri putat. Alterum genus est eorum, qui quamquam premuntur ære alieno, dominacionem tamen expetunt, rerum potiri volunt.

Meā lege utar. ¿Tune quōque patriā cares? Magnā usus es prosperitate & valetudine. Haud səpē auxilii egeas. Anthioeus ar-

ma portabat, quorum indigebat. Quædam est argumentatio, in qua propositiones probatio-ne non indigent. Refutatio ultur eodem fonte argumentorum, quo ultur confirmatio. Nulla pars vitæ vacat officio. Res disputatione non eget. Utamur ea liberalitate, quæ amicis pro-sit, nemini noceat. Ambitio viribus corporis abutebatur propter errorem atque inscitiam. Q. Tubero ultur testibus non necessariis in re non dubia. Cato dicebat se alterius collo-quio non egere. Fruor otio, quo possum, in solitudine. Quis de misera vita gloriari pos-sit? Factis glrior. Carne, lacte, pane vescor, Cantu, fidibus, tibiis uti soleo.

Pompejus victoriis lætabatur. Milites nite-bantur patientia & virtute. Quod cùm acci-derit, narratione omnino supersedendum est, Hæc regio gemmis scatet.

Homines vescuntur his rebus, quæ dul-cem motum afferunt sensibus. Quo vesci Persas solitos esse scribit Xenophon? Quæ est autem in hominibus tanta perversitas, ut, in-ventis frugibus, glande vescantur?

Marius, cognomento Gratidianus, boni viri officio functus non est. Qui adipisci veram gloriam volet, justitiæ fungatur officiis. Q. Li-garius omni culpâ vacat.

Accipio excusationem tuam, quâ usus es, cur sæpius ad me litteras uno exemplo de-disses. Nos cum maximè consilio, studio, la-bore, gratia niteremur, subito exorta est nefariâ catonis promulgatio, quæ nostra studia

impediret. Est igitur adolescentis diligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur.

## VERBOS DE ORIGEN Y PROCEDENCIA. (1)

Invidia ex opulentia orta est. Recta facta à virtutibus proficiscuntur, ita ut peccata nascentur ex vitiis. Odium saepe oritur ex causis honestissimis, & profectum est ab optimis principiis.

Omnis oratio debet à definitione proficiisci, ex qua manat vis omnis eloquentiae. Omnis honestas ex quatuor fontibus manat. Ex his efficitur laus et gloria. Oratio mea ex ipsa causa proficiscitur. Ex qua re magna orta fuit controversia. A refutatione venit, sequitur magna orationis difficultas.

## USO DE LOS RECIPROcos SUI Y SUUS. (2)

Omne animal, simul ut ortum est, et se ipsum et omnes partes suas diligit: aspernatur dolorem, ut malum et se ipsum et omnes suos defendit ab injuria.

Pompejus jussit equitatum sequi se. Anto-

---

(1) El ablativo de estos verbos se traduce con la preposición *de*.

(2) Tradúzcanse estos reciprocos de la latina con los reciprocos de la española que casi observan una misma construcción.

nus rogavit me, ut faverem sibi. Ipse dispi-  
cet sibi. Petrus vendidit libros suos. Disci-  
pulus invenit hoc manè magistrum suum  
domi suæ. Paulus promisit filio suo, se datu-  
rum esse rem familiarem. Antonius vidit His-  
pali Mariam & maritum suum vel ejus. Cor-  
nelius et Varguntejus constituerunt Ciceronem  
confodere domi suæ. Leonidas, rex Lacedæ-  
moniorum, se in Thermopylis hostibus op-  
posuit.

### DATIVO DE ADQUISICION. (1)

Tu laboravisti semper patriæ. Non omnibus  
dormio. Docebo tibi filios. Implevisti mihi am-  
phoram vino. Delebitur vobis macula. Di-  
vitiae auctæ fuerant nobis. Aulum Fusium ve-  
lim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Ip-  
sum præterea summo officio & summa ob-  
servantia tibi in perpetuum devinxeris. Illud  
magis mihi solet esse molestum, tantis me  
impediri occupationibus, ut ad te scribendi  
meo arbitratu facultas nulla detur.

### ACUSATIVO CON PREPOSICION. (2)

Terra ista est citra Tanaim. Apud Pom-

---

(1) Este dativo se traduce en español con otro dativo.

(2) Este acusativo se traduce con la preposición castellana correspondiente á la latina.

pejum cœnavi. Post meridiem ibimus trans Pyrenæos montes. Penes Cæsarem manserām. Mirificè eum diligo propter summum ejus ingenium. Castra erant posita ad flumen. Adversus hostes ibimus. Amor erga te meus eximius est. Hæc statim per Græcos deferuntur. Ultra eum locum Antonius processit.

### VERBOS COMPUESTOS DE PREPOSICION. (1)

Licet enim mihi affari te iisdem versibus, quibus olim quidam Flaminium alloquebatur. Pithagoras Persarum magos adiit. Venus supereminet omnes Deas. Cesar trajecit copias flumen. Castra Bætim transfert. Transiit per fretum, quod interfluit Naupactum & Patras. Transduxit exercitum flumen Genusium. Neque enim temeritas cum sapientia connisceatur. Adjunxit omnes gentes, quæ mare illud adjacent. Nec adit ad illos quisquam. Pompejus equitum magnam partem flumen transjecit. Oram Achajæ exercitus prætervectus est. Flumen pedibus transiri potest.

Nihil medios chorus intercinat actus.

---

(1) El caso que viene regido de la preposición unida al verbo, se traduce con la preposición castellana correspondiente á la latina.

ACUSATIVO COMUN. (1)

Quid me querelis exanimas tuis? Nihil possum prodesse tibi. Ego isthuc ætatis non dabam operam amori. Illud dico, te esse stultum. Cætera munus tuum tuere. Quod ore te, eripe me his malis. Unum tibi polliceor, me propedièm reversurum. Hoc natura præscribit, ut homo homini consultum velit. Neque tu quidquam mihi prodesse potes, neque ego tibi. Cætera nihil moror. Illud quidem perlibentèr audivi te esse in valetudine. Hoc imprimis dixeram, te esse Cæsari familiarem.

USO DE VOCATIVO. (2)

Salve, Clinia. Audite, judices, diligenter quæ dicam. Pomponi, noli velle ducere me, quâ tu iter faciebas. Gratulor tibi, mi Cicero. Non dubito, Attice, quin plerique miratur sint. Omnes cupimus, mi Tiro, te valentem videre. Primum istam tuam, C. Manili, sententiam laudo, vehementissimèque comprobo. Cupio, P. C., me esse clementem. Vale, fili mi.

---

(1) Este acusativo que llaman comun, se traduce en español con la preposición *sobre*, *acerca de*, *tocante á*, y alguna vez sin estas preposiciones.

(2) El vocativo latino se traduce en español con otro vocativo.

## ABLATIVO ORACIONAL. (1)

Rege Ferdinando septimo, Hispania scientiis & artibus floruit. Annibale duce, Roma in summo periculo versata est. Saguntinis insciis, magna negotia gesta sunt. Cotta & Torquato consulibus, Roma aucta fuit. Me consule, causas multas agebam. Cesar, confecto bello, res urbanas constituit. Barbarorum copiis disjectis, Miltiades loca castelliis idonea communivit. Hortantibus amicis, in patriam reversus fuit. Cæcilius Romam venit, Mario consule et Catullo. Phœnicia Syriaque subactis. Alexander, adventante exercitu, Tyrum petivit. Hostes, legatis missis, benignissimè exceptit. Illis veniam, nullo postulante, dedit.

## CONSTRUCCION DE LOS PARTICIPIOS. (2)

Homo serviens Deo, aspernatus voluptates mundi, erit particeps gloriæ æternæ: dans pecuniam pauperibus donabitur à Deo. Civis parens legibus est bonus. Cato utens liberalitate nullas inimicitias gessit. Nunc ad te

---

(1) Ya dimos las reglas para traducir el ablativo oracional propio de las oraciones de gerundio simple, de pretérito y demás.

(2) Téngase presente la explicación que hicimos sobre el modo de traducir los participios, tratando de las oraciones de gerundio.

confugi, exagitatus à cuncta Græcia, tuam petens amicitiam. Civitatem ei donavit, usus his verbis.

## CONSTRUCCION DE LOS GERUNDIOS. (1)

Tempus est serviendi Deo & obliviscendi injurias ( vel injuriarum ). Dabo operam quærendo puerum. Scire cupio, quid cogites de transeundo in Epirum. Negligens fuisse videor in scribendo. Legati Româ tuorum consiliorum reprimendorum causâ profugerunt. Ad Cannas nobilitandas profecti sunt. Occasionem liberandæ Græciæ datam à fortuna dimittere nollebant. Magister inter explicandum pueros intuebatur. Hi autem admodum erant læti. Pro fama defendenda dimicabis. Hercules magnam adeptus est gloriam in Amazonibus debellandis et duobus tyranis interficiendis. Diomedes peregrinos comprehendebat, ferocibusque equis devorandos præbebat. Scipionem misit non ad tutandos tantummodo veteres socios, conciliandosque novos, sed etiam ad pellendum Hispaniâ Asdrubalem.

---

(1) Los gerundios latinos regularmente se traducen al español por romance de infinitivo regido de la preposición castellana que corresponda al caso del gerundio.

## CONSTRUCCION DE LOS SUPINOS. (1)

Ibimus consultum Apollinem. Venies quæsitum pecuniam & amicos. Ibo servitum matribus Græcorum. Annibal tendebat oppugnatum mœnia Romæ. Venimus ergo huc spectatum cædes & incendia sociorum? Scitu opus est & facile cognitu, sed difficile dictu quantas hostium copias Alexander fuderit. Aurum non est facile inventu. Res est mirabilis visu. Facta sunt memoratu digna. Romani incredibile est memoratu quām facile coaluerint. Delecti Delphos deliberatum missi sunt. Legati consultum venerant, quidnam de reliquiis copiarum facerent. Fuere tamen cives, qui seque, remque publicam obstinatis animis perditum irent. Hæc sibi quisque factu putat. Consul optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, antecapere jubet.

## ADVERBIOS DERIVADOS. (2)

Apostoli maxime omnium hominum virtutibus floruerunt.

---

(1) Estos supinos se traducen con las preposiciones *a* y *para*. *Ibimus consultum*; iremos á consultar. Pero el supino en *u* pasivo se traduce por infinitivo en pasiva regido de la preposición *de*. *Difficile dictu*. Difícil de decirse.

(2) Los adverbios que provienen de adjetivos ó

Tu facis congruentè naturæ. Ite obviam Antonio. Primum omnium de bello sum dictatorus. Optimè omnium hæc facies. Ego ei obviam ibo. Dubitant an obviam irent hostibus. Jam primum omnium urbs lustrata est.

### ADVERBIOS CON GENITIVO. (1)

Ubique terrarum sit nomen Domini benedictum.

Satis præsidii in te habemus. Altera pars habuit parùm felicitatis. Milites ibi paulum frumenti reliquerunt. Abundé potentiae & gloriæ Cesar adeptus fuerat. Donatus fuit virtutis ergo. Demosthenes nimis insidiarum adhibere videtur ad capiendas aures. Plato mihi unus est instar omnium. Nesciebam, ubi terrarum esses. Ubivis gentium ætatem agere malo. Casius abeat quovis gentium. Huc malorum ventum est, ut nunquam gentium sit solatium. Tu, Antiphila, interea loci locupletasti te. Cethegus eo vecordiæ processit,

---

verbos, tienen el mismo régimen y construcción de las palabras de donde se derivan, y para traducirse es necesario guardar las reglas que hemos dado en los respectivos adjetivos y verbos.

(1) Estos adverbios tienen el mismo régimen que los nombres sustantivos y se traducen como los nombres sustantivos. *Abunde gloriae equiyale à abundantiam glorie. Affatim divitarum* es mas dulce que *abundantiam vel copiam divitarum.*

ut bellum patriæ indixerit. Interea temporis Alexander occubuit. Tunc temporis centuriantur veniebant. Satis est nobis divitiarum, Partim illorum satis pœnarum dedit. Suplicii satis est mihi. Afranius non satis copiarum habebat. In te satis animi constantiaeque esse arbitror. Theophilus satis in civitate præsidii habuit.

### PRIDIE POSTRIDIE, EN Y ECCE. (1)

Ibi te esse usque ad pridiè Kalendas maja volo. Pridiè nonas Junias eram Brundusii. Postridiè Idus vel Idum Junii Capuam veni. En crimen, en causa, cur regem fugitus, dominum servus accuset. Vitium est prope virtutem. En tectum, en tegulas, en fores obductas. Ecce autem nova turba atque rixa. Ecce misserum hominem. Ecce agnus Dei. Ecce bonus rex. Ego in provinciam veni pridiè Kalendas Sextilis. Hæc scripsi postridiè ejus diei. Antonius, pridiè quam veniret, vos

---

(1) Los adverbios *pridie*, *postridie* se unen á genitivo ó acusativo. En español se convierten en preposiciones de tiempo. (Véase Garcés y Alderete). *Proprius* y *proximé* se encuentran con acusativo. *En* y *ecce* se hallan con nominativo á manera de conjunciones, con acusativo á manera de preposiciones y en vocativo como unas interjecciones. En español se traduce el nominativo y acusativo con la significación del verbo *mirar* y el vocativo como una interjección admirativa.

viderat. Lentulus Spinter proprius muros accessit. Vibullius Rufus proxime urbem mansit. En romanos rerum dominos. En astacias. En Priamus. En quatuor aras. En illa, illa, quam sepè optastis, libertas.

Ecce me, qui id vobis faciam. Ecce dolor, quem tolerabilem esse dicebas.

### LUGAR EN DONDE *UBI*. (1)

Ego dedi operam litteris Salmanticæ, Compluti & in Italia. Vivis Athenis, Barcinone, in urbe. Offendi Marium domi sue. Habitamus domi alienæ. In domo magna est multum auri et multum argenti. In domo paupere parum est supellectilis. Siciliae cùm essem, adventum tuum expectabam. Viverem cuperem in

---

(1) El genitivo latino que denota lugar, se traduce en español con la preposición *en* que llaman de lugar *en donde*. El genitivo latino viene regido de *urbe oppido ó provincia* con la preposición *in oculata*. *Sum Romæ*, id est, *in urbe Romæ*. La misma doctrina se observará al traducir el ablativo del plural de la primera y segunda declinación y el singular de la tercera, como también el de los lugares mayores, á saber: provincias, reinos, islas. *Rure ó ruri* se traducen *en el campo*. Del mismo modo se traducirán los genitivos *humi*, *belli*, *militiae*, *domi* y los adverbios *hic*, *istid*, *illic*, que envuelven el mecanismo de los nombres *in hoc loco*, *in isto loco*, *in illo loco*.

magna Ròma. Unus vir fuit in domo Cæsar-  
is. Educatus fuisti domi P. Lentuli. Archias  
natus fuit Antiochiae, urbe nobili. Vixit in  
Roma, urbe celebri. Dormio humi, in humo  
sicca. Es vir laude dignus domi militiæque.

Magis illos vereor, qui in bello occiderunt.  
Ita se mores habebant Lacedæmone. Ea longè  
alitèr fiebant in Græcia. Darius pontem fecit  
in Istro flumine. Afranius in castris plures  
dies mansit. Tunc Arimini copiæ erant. L. De-  
cius ubi locum habuit idoneum, ibi cas-  
tra locavit. Populus romanus domi militiæ-  
que preclara facinora fecit. Hæc locutus sum  
domi meæ. Domi bellique respublica agitabatur.  
Carpetani ibi habitarent, ubi Pœnus jussisset.

## LUGAR A DONDE QUÓ Y LUGAR DE DONDE UNDÉ. (1)

Nullus unquam est in terris locus cognitus,

---

(1) El accusativo latino que significa lugar *a donde* que los gramáticos llaman de movimiento, se traduce en español con la preposición *a* y lo mismo los adverbios correspondientes *huc*, *istud*, *illuc*, &c. El ablativo que significa lugar *de donde*, se traduce con la preposición *de* como tambien los adverbios correspondientes *hinc*, *instinc*, *illinc*, &c. Todos estos casos vienen regidos de sus respectivas preposiciones tácitas ó expresas. La preposición *ad* solo denota proximidad: la *in* señala el lugar como punto de término.

quò non sacri Evangelii doctrina pervaderet.

Iter ego faciebam Lutefiam, cùm tu veniebas ex Italia. Volo proficisci Athenis, & fortasse ibo Brundusium. Decius profectus fuit in Hispaniam, & copiæ Manilii Massiliam. Libet mihi ex patria discedere. Cum ille venisset in provinciam, cognovit me ex ea decessisse. Postquam discessissem rure, domum me recepi. Athenienses Chersonesum colonos miserunt. Miltiades domo proficiscens vento aquilone Lemnum venit. Legatos illi Echaeanis miserunt, qui Romam transiere. Darius ex Asia in Europam exercitum trajecit. Principes secum duxit ex Iona et Aolide. Lentulus Sardiniam cum classe venit. Iis enim ventis istinc navigatur. Neque se quoquam mouit ex urbe. Inde se in Italiam recepit. Huc veniunt, unde legati profecti fuerant. Huc accedebant fugitivi milites. Miltiades morandi tempus non habens cursum direxit quo tendebat, pervenitque Chersonesum: eoque decem millia Atheniensium in coloniam dux misit. Eodem Brutus contendit.

Castra ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locavi. Antonius se in castra sua ad Mutinam recepit. Habes hortos ad Tiberim. Ad Capuam imperator castra locat. Quocumque aspiceres, luclus gemitusque sonabant.

## LUGAR POR DONDE QUÁ. (1)

Si iter feceris Matrito (vel per Matritum), videbis me. Per campum deambulabas. Cùm exercitum per mediam Hispaniam duxisses, hostem ad Oceanum consequulus fuisti. Per Macedoniam Cicum petebamus. Multæ mihi à Cajo Verre insidiae terra marique factæ suæ. Homines in agris bestiarum more vagabantur. Pœnus per totam Italiam vagabatur. Petrejus eodem itinere equitatum est consequutus. Hac regione transiri non poterat. Per medias urbes Asiæ Hellespontum petebamus. Cesar per Epirum atque Arcaniam iter facere cœpit. Pompejus per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habebat. Copias conjunxit, ut si quâ non pateret, irrumperet. Quâ milites ire cœperant, illâc reversi sunt. Perge quâ cœpisti: egredere aliquando ex urbe. Annibal campestri maximè itinere pervenit. Cùm Dionisius tyrannus Platonem per Corinthum et patras, ubi navem concenderat, ut Syracusas veniret, iter facere audivisset, venienti obviam navem ornatam rebus omnibus statim misit.

---

(1) El lugar *por donde* le explicaron los latinos en ablativo ó en acusativo con *per*, porque esta preposición no denota como las otras de lugar un punto fijo como término. Se traduce en español con la preposición *por* así como tambien los correspondientes *illâc*, *isthâc*, *illac*.

## USO DE *TENUS*, *CUM* Y *VERSUS*. (1)

Antiochus à Scipione victus Tauro tenus regnare jussus est. Capulo tenus abdidit ensem. Humerorum tenus aqua erat. Eris unā mecum domi. Tecum deambulabo. Vobiscum fædus ictum est, consule Luctatio. Equites secum ducebat. Antiochus, quocum Romani bellum gerebant, erat potens armis. Miror virtutem militum, quibuscum pugnavit ad Ilerdam. Deambula quocum (vel cum quo) libuerit tibi. Adsunt milites, quibuscum (vel cum quibus) nolui ferre arma contra te. Brundusium versus ibas ad Cæsarem. Ille Italiam versus navigaturus erat. T. Sextius montem versus castra possuit. Legatos usque in Hispaniam misit. Numidæ ad flumen usque Molucham sub Jugurtham erant. Cætera loca ad Mauritanię usque Numidæ tenent. Et te jam ex Asia Romam versus profectum esse constabat. Amenum versus profecti sumus. Cesar se ad in id tempus loco tenuerat. Illi rumores Cumarum tenus pervaserunt. (2)

---

(1) *Tenus* por anástrofe se pospone á su caso que es genitivo de plural ó ablativo de singular. *Versus* y *cum* tambien se posponen. *Tenus* y *versus* se traducen con las preposiciones *hasta* y *acia* con sus casos. *Cum* con la preposición *con* y su caso.

(2) El *ad* de este ejemplo hace mas redundante y armoniosa la preposición *in*.

IN Y SUB CON QUIETUD Y CON  
MOVIMIENTO. (1)

Approbavi taum consilium, neque nunc mu-  
to, si tu in eadem es sententia. In spem ta-  
men venio adventum tuum appropinquare. Et  
in omni summa, ut mones, valde me ad otium  
pacemque converto. Existimabam necessario  
rem totam, dum te consulerem, in suspenso  
relinquere. Denique in tantum diligo optimum  
principem, in quantum invitus pessimo fui.

An dubitas, quin in amicitia plurimae sint  
delectationes? Vir igitur bonus amicum dili-  
git sub ea conditione, ne amicus in eum in-  
justus sit: ergo etiam dignitas ei tribuenda est.  
Atqui si in virtute satis est praesidii ad bene  
vivendum, satis est etiam ad beatitudinem. Deni-  
que amicitia in amore et virtute hominum  
maxime cernitur.

---

(1) La preposición *in* significando quietud, y de-  
notando lugar ó representando la preposición *inter* se  
junta con ablativo; significando movimiento, division  
de partes ó poniéndose en lugar de *contra* ó *erga* ri-  
ge acusativo. En español como las preposiciones casi  
nunca mudan el régimen, se traducen sencillamente  
en la significacion que conservan las palabras latinas  
con objeto de guardar en la version la mayor fideli-  
dad. La preposición *sub* en lugar *circiter*, *per*,  
*paullo ante*, *post* significando tiempo, quiere acusa-  
tivo. *Sub* con verbos de movimiento pide acusativo,  
con verbos de quietud ablativo.

Nonnulli homines consumunt omnem laborem in exercitatione dicendi. Aliqui sunt minus felices in diligendo. Nemo potest uno aspectu neque praeteriens in amorem incidere. Frater meus incidit in febrim. Sedebis sub arbuto. Clodius conjecit se sub scalas. Sub Annibale magistro omnes belli artes edoctus fuisti. Sub ipsa profectio[n]e in oppido constiteram. Cesar sub horam pugnæ excitat[u]s est. Pompejus sub noctem naves solvit. Sub vesperum Cesar intra hanc fossam legionem deducit. Tantam milites hostium multitudinem interfecerunt, quantum fuit diei spatium, sub occasumque solis destiterunt. Sub vesperum Cesar portas claudi, militesque ex oppido exire jussit. Milites, partim togati, tectis veste gladiis, qui sub lucem apertis portis urbes aggredierentur, tum sublato clamore sub ortum fermé lucis nullo obvio armato in forum pervenient. Sub eas litteras statim recitatæ sunt tuæ. Sub oculis domini res acta fuit. Sub armis esse nobis non decet. Miltiades Græciam redigil in suam potestatem. Cives operam suam in rem publicam contulerunt.

### USO DE LA PREPOSICION IN EN VARIAS ACEPCIONES. (1)

Benedicta est Maria in omnibus mulieribus  
Charitas in Deum magna esse debet.

---

(1) En español se traduce *en* generalmente en ablativo y *entre* cuando está en lugar de *inter* y si

Exordium in duas partes dividitur, in principium & insinuationem. Hermagoras dividit materiam oratoris in causam et quæstionem. Primus ex quatuor locis, in quos divisimus naturam humanam, est ille, qui consistit in cognitione veritatis. Homines sæpè in sententias contrarias distrahuntur. Dispositio est distributio in ordinem rerum, quæ inventæ fuerunt. In singula capita tributa imponebantur. Differemus in aliud tempus eas rationes. Cato invitavit eum ad cœnam in hortos in postrem diem. Legati nobis indixerant bellum in trigessimum diem. In Calendas Majas videbo te. In socios benefici esse deberemus. T. Manlius Torquatus fuit perindulgens in patrem & acerbè severus in filium. Hic in viris magnis minimè habendus est. Haec facta sunt in parentes et in liberos. Possumus commovere magnum odium in eum. Ostendemus, animum nostrum esse misericordem in alios. Brutus fuit pius in patriam, crudelis in liberos. Cimon Atheniensis & pietate in patrem & benevolentia in cives insignis fuit. Nisi in bonis amicitia esse non potest. Voluptas in bonis rebus habenda non est. In his nonnulli centuriones vulnerati sunt. Vir bonus est summae pietatis erga Deum: itaque sustinet animo æquo quidquid acciderit ei. Pietate adversus(1)

---

equivale a *erga*, significa *acia* y si manifiesta contrariedad, *contra*.

(1) Ciceron usa aquí el *adversus* en lugar de *erga*.

Deum sublata, fides etiam & societas humani generis, et excellentissima virtus justitia tollitur. Pietas est justitia adversus Deum. Adhibenda est reverencia quedam adversus homines. Meminerimus & adversus infimos justitiam esse servandam.

**USO DE *SUPER* Y *SUBTER*. (1)**

Super omnia Deum diligere debemus. Sæpius ad te scribam hac super re. Debebas litteras exspectare super rebus tuis. Demetrius noluit super tumulum res ullas ponere. Super Garamantas & Indos proferet imperium et super octigentos & quadraginta populos. Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia collocavit. Hac super re ad te cras scribam.

**Hic tamem hac mecum poteris requiescere nocte  
Fronde super viridi.**

---

(1) La preposicion *super* rige acusativo ; rige ablativo , si se junta á verbos de quietud ó se pone en lugar de *de*. *Tegula cecidit super caput* (régimen propio) *Hac super re scribam ad te* en vez de *de re hac*. *Fronde super viridi* (preposicion de quietud). La preposicion *subter* pide acusativo ya de quietud, ya de movimiento. Estas preposiciones se traducen con las correspondientes en español que son varias, *sobre*, *acerca de*, *debajo* &c.

## DISTANCIA Y MEDIDA. (1)

Dux edixit, ut abeses ab urbe millia passuum ducenta. Puteus patet quatuor ulnas in latitudinem. A Leuctra profectus, stadia circiter trecenta processi. Sulmonenses injecerunt eò regulas latas quatuor digitos vel digitis. Qui locus abest à foro Julii quatuor & viginti millia passum. Ager erat longus pedes mille et ducentos, latus pedes centum et viginti. Zama distat à Carthagine quinque dierum iter. Poeni à millibus passum viginti castra habent posita. Vidimus montem septuaginta cubitos altum. Quinque millia patebat ager. Locus erat sex ulnas eminens. Quod oppidum à corfinio sex millium intervallo abest. Amplius horis sex pugnatum est.

Vides, Eruci, quantum distet argumentatio tua ab re ipsa atque à veritate, cum à veris falsa distent. Quibus rebus exculta hominum vita tantum distat à victu & cultu bestiarum. Multum inter se distant istae facultates, longeque sunt diversæ atque sejunctæ. Nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta

---

(1) Los nombres de distancia y medida son el acusativo regido de *ad* ó *per* ó ablativo con *in* cuyos casos se traducen sin preposición. *Planities tria millia passum patebat*; el campo era de ancho tres mil pasos.

est inter eos, quanta maxima esse potest, morum, studiorumque distantia. Oceanus medius fidius vix videtur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas tam citè absorvere potuisse. Quid enim est tam distans, quám à severitate comitas?

Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua domus nihil delectare possit? Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves. Ego te abfuisse tandiù à nobis et doleo, quòd carui fructu jucundissimæ conjunctionis, et laetor, quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus. Nunc absum à domo. Et quòd absim ab urbe, ut qui ad te proficiscantur, scire non possum.

Neque honestius reperies quicquam, quám ab omni contentione abesse. Inocens est quispiam; verumtamen quamquam abest à culpa, suspicione tamen non caret. Evidem tantum absum ab istius sententia, ut non modò quempiam innocentem laudem, sed etiam suspicionem defendam. Quod si facerem quasi te erudiens, jure reprenderer; sed ab eo plurimum absum. Non ut ingenium, et eloquentiam perspicias, unde longe absum, sed ut laborem et industriam. (1)

---

(1) Los ejemplos del trozo primero manifiestan la distancia y medida de los lugares ó de un punto á otro en el orden material; los del segundo y tercero declaran la distancia y diferencia de las acciones humanas en el estilo correcto y elegante de Ciceron.

## TIEMPO QUE UNA COSA DURA. (1)

Casius quamdiu vixit, magno me prosecutus est amore. Hæc tu, Eruci, tot et tanta si nactus esses in reo, quamdiu dices? quo te modo jactares? Ipsi autem, qui de vobis loquuntur, quamdiu loquentur? Id quamdiu factum est?

Jesus Christus fuit in sepulcro tres dies (vel tribus diebus). Tenuit ea pugna Cannarum circiter septem horis (vel horas). Septimum jam diem Corcyrae tenebamur. Cesar aliquot ibi dies commoratus, concionem Centurionum advocavit. C. Casius omnes annos, quos in ea domo habitavit, magna usus est prosperitate & valetudine. Conon biennium in vinculis fuit. Caligula vixit annis viginti novem, imperavit triennio, & decem mensibus. Aquæ illæ permanserunt complures dies. Apud Saguntinos paucis diebus commoratus est. Triduum jam te exspecto. Atheniensium civitas brevi multum crevit. Ille missis ad Cæsarem nunciis, unum diem sese castris tenuit. Hanc ego civitatem multos per annos defendi, cum quatuor à Ty-

---

(1) Los casos del *quandiu por cuanto tiempo* son accusativo regido de *ad* ó *por* ó ablativo con *in* y se traducen con la preposición *por* ó sin ella, explicando sencillamente el tiempo. *Verres populatus est Siciliam uno triennio.* Verres estuvo asolando la Sicilia por tres años ó por espacio de tres años.

rannis teneretur. Pater imperium multos annos obtinuit. Quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium.

### TIEMPO EN QUE ALGUNA COSA SE HACE. (1)

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: « Unus est Pater, qui in cœlis est. Nec vocemini magistri; quia magister vester unus est Christus. Qui major es vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: et qui se humiliaverit, exaltabitur. » (2)

Obsolevit eloquentia eo tempore, quo vehementius retinenda erat, studiosiusque adaugenda. Ea tempestate populus romanus maximè miserabilis mihi visus fuit. Superioribus temporibus nullas ad te litteras scripsi. Eo bido de compositione actum est. Hodie no die plura sum dicturus. Tertio die abs te ad Alyciam accesseramus. Sed milites brevi dilapsi

---

(1) El *quando* que significa *en que tiempo*, rige ablativo con la preposición *in* oculta y se traduce expresamente con la preposición *en* y algunas veces sin ella.

(2) Esta parábola de Jesucristo no es un modelo de estilo latino, sino de moral perfecta y sublime que deben aprender los niños para moderar su natural soberbia. Léase además el *compendio del Catecismo explicado*.

sunt. Eo biennio nihil actum est. Superioribus diebus munitiones erant perfectæ. Tum res ita sese habebant. Roma olim, adepta libertate, scientiis et artibus floruit. Superioribus temporibus majores nostri imperium facile per virtutem obtinebant. Anno quadragesimo quarto regni sui Augustus diem obiit supremum.

ABLATIVO DE MODO, INSTRUMENTO,  
CAUSA, ESCESO. (1).

Consul locutus est sumissa oratione, ut debebat, de pace. Cum diversa sint genera causarum, necesse est in unoquoque dispari ratione incipere. Homines omnia administrabant, non ratione, sed viribus corporis. Magna ei erat facultas studio & disciplinâ comparata. Hoc comparatur non modo labore & exercitatione, sed etiam quodam artificio. Ille, qui ipsis hominibus antecellit eo, quo homines præstant belluis, aliquam gloriam adeptus fuit. Multi cuperent excellere pulchritudine & viribus. Homines ducuntur dignitate & benevolentia. Malè se res habet, cum id, quod virtute obtinendum est, pecunia tentatur. Plures fame, quam ferro periere. Præ gudio ubi sim, nescio.

(1) El ablativo de instrumento, causa, exceso es igualdad es regido de las competentes preposiciones y se traduce con las de ablativo que hagan mejor sentido.

Loqui non possum præ ira, præ mœrore, præ metu. P. Sulla lora omnia gladio rupit. Consilio meo opibusque juvabo te. Nemini cedis nobilitate & virtute. Natu maximus ita locutus est. Magno cum metu Volcatum excepti. Cum magno dolore animi et jure illum plectis. Valetudinis causâ multi in hæc loca conveniunt. Armis vobiscum dimicaturi sumus. Summâ æquitate constitui res debent. Pari felicitate res cæteræ sunt gerendæ. Decium Brutum neque consilio, neque armis superare poteramus. Is nemini equiti romano splendore et dignitate cedit. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur. Te consolari nullo modo possum. Italia ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret. Nostri milites furorem fortitudine, audaciam virtute superarunt. Antonius eloquentia Demosthenem superavit. Tabellarrius tuus me præ cæteris et colit et observat.

Philida amo ante alias.

### REGLA DEL PRECIO. (1)

Potestas virtute emitur. Nulla res gravius

(1) Los casos tanto de precio determinado como indeterminado se traducen con las preposiciones *en* ó *a* que indiquen el precio ó estima. *Emo aut aestimo pallium tanti*; en ó á tanto estimo la capa. El indeterminado se usa mas frecuentemente en genitivo *tanti*, *maximi*, *pluris*, mejor que *tanto*, *maximo*, *plurimo*.

constat, quām quae precibus empta est. Ego spem pretio non emo. Emit homo cupidus et lucuples tanti, quanti Pythius voluit.

Nonnulli emunt denario, quod est pluris mille denariorum. Vendidi domum quadringentis sextertiis. Emi viginti assibus librum, qui erat triginta drachmis. Equus hic stetit mihi mille sextertiis, sed pluris aestimatur. Quanti emisti cultellum? Duobus denariis. Servius emit domum minoris, quām potuisset. Virtutes aestimandae sunt pluris, quām pecunia. Nulla vis auri atque argenti aestimanda est pluris virtute. Parvi pendis divitias. Velle, ut me tanti faceres, quanti ego omnes tuos facio. Multo sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Quām minimo queas, redime te. Quanti emisti domum eam? Vili. Via nota nulli constitit magno. Expedit mihi, domum venire quām plurimo. Nihili te aestimo. Tuas minas hujus non facio. Aestimo te nauci, pili, assis &c. In bello ejus opera magni fuit. Haec domus fuit mihi mille drachmis.

Habetis unius civitatis firmum auxilium, amissum ac venditum pretio. Cur igitur Metello campum ita magno vendidisti? Quæro num ipse excogitare posset, quemadmodum plurimo venderet. Vendo meum patrimonium non pluris quām cæteri fortasse etiam minoris, cum major est copia.

## USO DE ALGUNAS CONJUNCIONES. (1)

Lego grammaticam & rethoricam. Gloria atque imperium erat nobis. Praetores quæstoresque erant Romæ. Ego verò miror. Tu autem odisti me. Loquere, libenter enim audite. Igitur ea dicemus. Ergo herus meus damno auctus est. Vos itaque, adolescentes, horror. Habes igitur, Tubero, confidentem reum. Ut tu bonus, ita alii improbi sunt. Nosti, ut egerimus extremam noctem inter falsa gaudia. Verum ne post culpam conferas odium in me. Tu ne cede malis. Næ isti vehementer errant. Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. Ut primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil praetermissi in te ornando. Teque, tuique similes, tibique charos et aspernor et avesor; nec timeo minas, quas jactas, nec terrent me pericula, quæ denuncias.

Diomedon Cyzinus rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum suscepérat. Venit ergo Thebas cum magno auri pondere, & per Micytum adolescentulum Epaminondæ carissimum, quem quinque talentis corrupebat, causam adventûs sui ostendit. At ille Dio-

---

(1) Las conjunciones latinas se traducen con las correspondientes castellanas. (a)

(a) Las conjunciones producen un estilo gracioso y ligero. *Tantum series junctura que pollet.* Horat.

medonti: *Nihil, inquit, opus pecunia est. Nam si ea Rex vult, quæ Thebanis sint utilia, gratis facere sum paratus; sin autem contraria, non habet auri neque argenti satis: Namque orbis terrarum divitias accipere nolim pro abjicienda patriæ caritate.* Te, qui me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror: tibique ignosco. Sed egredere properè, ne alios corrumpas, cum me non potueris. Tu, Nicythe, argentum huic redde. Quod nisi confessim facis, ego te tradam magistratui.

Paupertatem verò adeò facile perpessus est Epaminondas, ut de republica nihil præter gloriam ceperit; & amicorum facultatibus, non ad suam, sed ad aliorum paupertatem sublevandam, usus sit. Nam cum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset captus, aut viri probi virgo nubilis propter paupertatem collocari non posset; amicorum consilium habebat, ab iisque postulabat atque impetrabat, ut prosuis quisque facultatibus conferret ad conficiendam pecuniae summam, qua opus esset.

3 Etsi sæpe exercitibus præfuit, summosque magistratus gessit Phocion Atheniensis, fuit tamen perpetuò pauper, nec ditior fieri voluit, cùm facile posset. Atulerant ei legati Philippi Macedonum regis magnam pecuniae vim. Quam quia magno animo repudiabat, eum admonuerunt, ut, si ipse pecunia facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile futurum esset in summa paupertate

paternam gloriam tueri. His ille, *Si mei similes*, inquit, *erunt filii*, *idem hic agellus eos alet*, *qui me ad hanc dignitatem perduxit*; *sin dissimiles sunt futuri*, *nolo meis impensis illorum ali, augerique luxuriam*.

## USO DE ALGUNAS INTERJECCIONES. (1)

O vir fortis! fiduciam habes temerariam.  
O spem fallacem! O me perditum! O generis paterni oblite, materni vix memor! Heu me infelicem! O me miserum! Heu mihi! nequeo quin fleam. Proh sancte Jùpiter! Proh dolor!  
Proh Dii immortales! Hei mihi misero! Væ tibi, causidice! O frater, frater, quid ego nunc te laudem! O tempora, ò mores! O audaciam! etiam is me ultrò accusatum advenit.  
¡O fortunate puer, fortunatamque rem publicam! O vetitæ sceleratæ libidinis auctor! Væ tibi! Væ capiti tuo! Jùpiter magne; ó scelestum atque audacem hominem! O gratam famam biduo ante victoriam! O fortunate adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!

---

(1) Las interjecciones por sí no rigen caso alguno: el caso á que se juntan, viene regido de un verbo oculto. *O*, *Heu* y *Proh* se unen á nominativo, acusativo y vocativo. *Hei* y *Væ* solo á dativo y se traducen por las interjecciones españolas.

Personam tragicam fortè Vulpes viderat.

¡O quanta species! inquit; cerebrum non habet.

¡O suavis anima! quale in te dicam bonum

Antehac fuisse tales cum sint reliquiae!

¡Hei mihi! quam celeri micuerunt nubila flam-  
mā!

Quantus ab æthereo personat axe fragor!

## SINTAXIS FIGURADA.

---

LA SINTAXIS FIGURADA no es opuesta á la natural, porque ambas tienen un mismo objeto. Se llama FIGURADA, porque la inversion que dá al lenguage, es de una figura particular, cuyas formas y modos son el hipérbaton, thmesis, anástrofe, paréntesis, enálage, y los modismos, á saber: el arcaísmo, grecismo y hebraísmo.

### HIPÉRBATON. (1)

Omnium regnum et populorum felicitas, tum maximè reipublicæ christianæ salus à recta juventutis institutione pendet, quæ quidem rudes adhuc animos ad humanitatem flectit; steriles alioquin et infructuosos reipublicæ idoneos et utiles reddit; Dei cultum, in parentes et patriam pietatem, erga magistratus reverentiam et obedientiam promovet.

---

(1) El hipérbaton es una figura que invirtiendo el orden natural de las palabras, le presenta con un artificio que agrada al oido. *Omnium populorum felicitas* es mas sonoro que *felicitas populorum omnium*. Se traduce formando el orden lógico y natural de las ideas, ó como vulgarmente se dice, el régimen gramatical.

Vir sapiens nostras ambitiones, levitatesque contemnet, honoresque populi repudiabit. Num igitur ignobilitas aut humilitas aut etiam popularis offendit sapientem beatum esse prohibebit? Quomodo igitur jucunda vita potest esse, à qua absit prudentia? absit moderatio?

Profectò mors tum æquissimo animo appetitur, cum suis se rectè factis vita occidens consolari potest. Nemo parum diu vixit, qui virtutis functus est munere. Quare se ipsa ratio minus perficit ut mortem negligamus: at vita acta perficiat, ut satis superbe nobis vixisse videamur.

Cum sapientissimus esset Socrates, sanctissimèque vixisset; ita in judicio capitis pro se dixit ut non suplex aut reus, sed magister aut dominus judicum esse videretur.

### THMESIS. (1)

Catilinam vidimus hominem ejus rei libet simulatorem ac dissimulatorem. Lepidus ajebat se reipublicæ satis esse facturum. Is ne cum Q. quidem Cicerone voluit ire in Asiam. Romani olim defendere se remque publicam curabant. Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes. Per mihi gratum erit, si id

---

(1) Thmesis es cuando se divide una diccion poniendo otra en medio: *per mihi gratum* en lugar de *pergratum mihi*. Se traduce poniendo la diccion partida.

curaris. Quo te cumque rapiant affectus, dominabuntur. Res vero publica magno in periculo versabatur. Lentulus magno te orabat opere, ut sibi ignosceres. Quam rem cumque gesseris, gloriam consequere. Miraris, cum tu argento post omnia ponas. Talis est avaritia, quæ pessum plures dat, deditque viros. Unus enim quisque nobis satis jam fecit. Paussanias omnia prius expertus est, quam dixit. Sententiis quidem poetarum non orationes modo sunt refertæ, sed libri etiam philosophorum. Eloquentia est munus non ingenii solum, sed laterum etiam & virium.

### ANÁSTROFE. (1)

Mecum ipse reproto te infelicem fore. Qui cum loquitur filius? Tecum. Facultatem habiturus sis nobiscum et cum omnibus tuis vivendi. Tulliam adhuc mecum teneo. Adsunt milites, quibuscum Cesar prælium commisserat. Nobiscum fœdera inita sunt. Plures enim fortasse nobiscum erunt. Magna tecum mihi semper fuit amicitia. Paululum da mihi opera, Cicero, sed amor voluntatisque conjunctio plus habet suavitatis, neque repeto pro illa quidquam à te pretii.

---

(1) Anástrofe es una figura, por la que las palabras regidas se ponen antes que las regentes. En español las regidas se traducen después de las regentes en el orden natural.

PARENTESIS. (1)

Igitur initio reges (nam in terris nomen imperii id primum fuit) diversi, pars ingenium, alii corpus exercebant; etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur: sua cuique satis placebant.

Pompejus, quotiescumque me videt (videt autem saepissime) gratias tibi agit singulares. Sed (mihi crede) etiam is, qui omnia tenet, favet ingenii; nobilitatem vero et dignitatem hominum (quantum ei res & ipsius causa concedit) amplectitur. Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum injuria. Nemo doctus umquam (multa autem de hoc genere scripta sunt) mutationem consilii inconstantiam esse dixit. Nihil est (ne dubites) virtute nobilius aut dignius. Sedulitas tua (ut spero) et mihi et reipublicæ tulit fructum. Tu, si dies, noctesque memineris (quod te facere certò scio) quamtam rem gesseris, non obliviscere profectò, quantæ tibi etiam nunc gerendæ sint. Si quid erit ocultius et (ut scribis) reconditum meorum aliquem mittam, quó fidelius ad te litteræ perferantur. Vale.

Titire, dum redeo, (brevis est via) pasce capellas.

---

(1) El paréntesis sirve para añadir alguna palabra ó oración que para ratificar el pensamiento principal se interpone en medio de las palabras que la enuncian. Se traduce principalmente antes ó después del pensamiento principal.

ELIPSE. (1)

Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. Pereant sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi, ut eos capere carcer non possit. Ne multa: filius victus fuit, in Asiam militatum abiit, tres jam menses abest. Jugurtha interim nostros premere, suos hortari, prælium restituere, omnibus modis rem administrare. Futurum spero, ut me propediem videoas. Acriter pugnatum, quindecim millia hostium cæsa; ex nostris non amplius ducenti imperfecti. Primo statim conspectu contempta paucitas, et sibi quisque prælium deposcere. Quatuordecim naves longæ brevi factæ; præterea magna vis hominum scripta, paullò post hostes fusi. Qui ubi primum adolevit, equitare, jaculari, cursu cum æqualibus certare, et cum omnibus gloria anteiret, omnibus tamen carus esse. Ad hoc pleraque tempora in venando agere: leonem atque alias feras primus aut imprimis ferrire: plurimum facere et minimum ipse de se loqui. Igitur imperator omnes res asperas per Jugurtham agere, in amicis habere, magisque eum in dies amplecti. Jugurtha tametsi regem ficta locutum intelligebat; tamen pro tempore benignè respondit. Hostis à latere: vos amici procul; spes omnis in armis est. Ubi ad

---

(1) La elipse se comete cuando faltan palabras que fácilmente se sobreentienden. Se traduce supliendo las palabras ocultas.

Dianæ veneris, ventum jam erat ad Vestæ,  
quod abest bidui (id est, itinere).

ZEUGMA. (1)

Cum imperatores legiones inter se divisissent, prima et quarta Minutio, secunda et tertia Fabio evenerunt. Lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Oderunt hilarem tristes, tristem jocosí, sedatum celeres, agilem remissi. Enumerat miles vulnera, pastor oves. Nostram fidem omnes, amore tui absentis nos tantummodo cognoscemus. Hoc vero quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidiare, stultissimos prudentissimis ebrios sobriis, dormientes vigilantibus. Obsequium amicos, veritas odium parit. Ubi pro labore desidia, pro continentia & æquitate libido atque superbia invaseré, fortuna simul cum moribus immutatur. Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus. Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionisius, Syracusas Apolloocrates. Postquam divitiae honori esse cœperunt, eas gloria, imperium, potentia sequebatur. Hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci cœpit,

---

(1) La zeugma sirve para completar la oración, tomando palabras de la inmediata. Se traduce repitiendo las palabras que por elegancia están ocultas en cada regla.

Importunitas & inhumanitas omni ætati moles-  
ta est. Eodem tempore Imperator Syriæ reg-  
num terruit, Ægypti texit. Non locus virum,  
sed. vir locum honestat. Quicumque vult esse  
continens, potest. Demetrius pergit ad urbem,  
quò pater tuus. Tām deest avaro quod ha-  
bet, quām quod non habet. Non solum no-  
bis nati sumus, sed etiam amicis & patriæ.  
Socrates judicatus est sapiens, Aristides jus-  
tus. Ille mihi nec nocuit unquam, nec pro-  
fuit. Est magis amicus tibi, quām mihi. Ta-  
lis est hic, qualis ille. Ptolomeus plurimas  
urbes, Alexander maximas cepit.

Mulciber in Trojam, pro Troja Stabat Apollo.  
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

### PROLEPSIS. (1)

Homines diversa faciunt multa, pars corpus  
excolit, pars animum.

Exercitus hostium duo, unus ab urbe, al-  
ter à Gallia, obstabant. Imperatores duo præe-  
rant, alter Galliæ Narbonensi, alter vero His-  
paniæ Citeriori. Duo imperatores provincias re-  
gebant: Flavianus Pannoniam, Pompejus Dal-

---

(1) La prolepsis contiene las partes de otras dos oraciones. La prolepsis necesita siempre tres oraciones, la zeugma dos y la elipse puede consistir en una. Para traducir la prolepsis, es necesario desha-  
cerla, repitiendo las partes que faltan en las otras dos oraciones.

matiam tenebant. Uterque consilium perficere conabatur, Caesar Pompeji castra oppugnabat, Pompejus Cæsaris milites dispersos adoriri cœpit. Tenere uterque propositum videbatur: Cæsar, ut nisi coactus prælium non committeret, ille, ut opera Cæsaris impediret. Diversa sibi consilia capiunt; Cæsar, ut quām primum se cum Antonio conjungeret; Pompejus, ut venientibus in itinere se opponeret. Uterque eorum ex castris exercitum adducunt: Pompejus clam et noctu: Cæsar pàlam atque interdiù. Magna vi uterque utebatur, Cæsar ut quām primum angustissimè Pompejum contineret; Pompejus, ut quām plurimos colles quām maximo exercitu occuparet. Cepere captivos partim integros, partim saucios. Jugurtha strenuus erat vir et bonus consilio, quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem plerumque afferre solet. Ejiciuntur duo, quos improbi videre non poterant, alter per honorem turpissimum, alter per honestissimam calamitatem. Illi, sua quisque hiberna, repeterunt. Curam equitum Paulinus, peditum Celsus sumpsere. Nacti sunt vacuas ab imperio, Sardiniam Valerius, Curio Siciliam. Quicumque per illa tempora rempublicam agitavere, honestissimis nominibus, alii, sicuti jura populi defendenter, pars, quo senati auctoritas maxima foret, bonum publicum simulantes, quisque pro sua potentia certabant. Idem facit plebs, pars edocti ab nobilitate, alii studio rerum incitati. Cœpere se quisque extollere magis ac magis.

PLEONASMO. (1)

Jugurthæ tui bello Numantino longè maxima virtus fuit. Illud vereor, ne vos privata regis Jugurthæ amicitia corrumpat. Torquatus dicebat, sese tamen amore fraterno et existimatione vulgi commoveri. Dux longè prestantissimus quam maximas hostium copias fudit. Pompejus prælio dimicare noluerat. Hisce aribus totam rem egomet audivi. Homo perquam audacissimus ad interficiendos quatuor hostes sese paratum esse predicabat. Tudem ipse mirabere, cum rem videas. Ego vero illud affirmo, nullam esse posse utilitatem nisi cum honestate conjunctam. Exploratores à Cæsare missi affirmant quidem certè, insidias profecto esse. Tu vero istud negotium expedies. In ejusmodi re, mea quidem sententia, nulla mora esse debet. Mors est optimo cuique longè commodissima. Admisisti crimen idque gravissimum. Verum enim vero is mihi demum vivere videtur, qui virtutem assidue colit. Urbs erat totius regionis longe opulentissima. Quot et quantæ istum senem circumveniunt calamitates! Illamcine mulierem alere cum tanta

---

(1) El pleonasmo admite palabras que sin incurrir en una redundancia desagradable, den aire y gala al discurso. Debe traducirse procurando omitir el pleonasmo en español, porque sobre ser un ripio, desluciría la gracia del pleonasmo latino.

familia! Heus stulte, siccine mihi interloqueret? Hiccine tibi vivendi mos est? Tunc temporis res aliter sese habebant. Ubinam gentium hujusmodi leges latæ sunt? Nesciebam ubi terrarum esses. Eo dementiae pervenisti, ut nihil consideratè agas. Huc malorum ventum est, ut nihil jam solatii relinquatur. Accipies igitur hoc parvum opusculum. Finem dedi ore loquendi. Omnibus his de casibus debes istam molestiam quam levissimè ferre. Ego met ipse longè tristissima perpessus sum.

### SILEPSIS. (1)

Ubi est ille scelus qui me perdidit? Capti à Jugurtha, pars in carcerem acti, pars bestiis objecti. Quid turbæ est apud forum? Quid illuc hominum litigant? Capita conjurationis virgis cæsi. Latium Capuaque multati sunt. Dedi catenis fatale monstrum, quæ fortiter perire maluit. Hæc sunt duo importuna prodigia, quos numquam perfumescere debeamus. Non tanta multitudo lapides ac tela com-

---

(1) La silepsis toma igualmente palabras de la oración inmediata para hacer perfecto el sentido, mudando el género, número y atributos. Para traducir esta figura, unas veces conviene conservarla en español y otras veces deshacerla. El mérito de la silepsis se destruye, si llega á perder los primores del arte que naturalmente la adornan. *In vitium dicit culpæ fuga, si caret arte.* Hor. La silepsis sin arte es un vicio de lenguaje.

jiciebant. Fiat quod uterque jubemus. Pharnabazus cum fratre victi traduntur. Quoties autem edixi tibi, ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia. Ad regem voces fratris uterque ferunt. Vos separatim sibi quisque consilium capit. Tres illi tota fuere domus. Inde uterque in castra discedunt. Mihi pater et mater jam pridem mortui sunt. Maxima pars vulnerati aut occisi veniebant. Jactamus jam pridem omnis te Roma beatum. Pro se quisque grates agebant. Verum curemus aequam uterque partem. Suæ quisque legioni honorem quærebant. Splendidissimus quisque securitati consulebant. Pars triumphos suos ostentantes, magna pars vulnerati aut occisi. Eorum magna pars, uti jussum erat, adducti, sed opulentissima civitas vulnerati. (1)

### ENALAGE. (2)

Amare est hominum. Virtus est vitium fugere. Fortitudinem in omnibus miseriis et constantiam habeas. Tu si hic sis, aliter sentias. Pergratum mihi feceris, si Quintum fratrem meum eo numero habebis, quo me.

---

(1) *Esta gente á donde los llevan, van de por fuerza.* Graciosa silepsis de nuestro idioma.

(2) La enálage consiste en que una parte de la oración se pone por otra ó cuando se pone un modo, un tiempo, un caso por otro. Se traduce en el tiempo que exija el sentido y el pensamiento en español, sin atenerse al mecanismo de la figura.

Quid agam ? adeamne ad eum & cum eo injuriam expostulem ? Haud istud dicas , si cognoveris vel me vel amicos meos . Idem velle ac nolle amicitia firma est . Tu etiam atque etiam cura ut valeas , litterasque ad me mittas , quotiescumque habebis cui des . Si id non facis , ego quod in te facere sit dignum , inventero . Pulcrum est benefacere reipublicæ , haud absurdum benedicere . Pro his superbiam , crudelitatem , Deos negligere , omnia venalia habere avaritia docuit .

DE LOS MODISMOS. (1)  
ARCAISMO. (2)

Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur , jure factum sit . Quid tamen explevi , nulla ratione potestur . Non parvam rem ordibor . Hanc sibi rem praesidio sperant futurum . Nimis me indulgeo .

---

(1) Estos son resabios ó locuciones viciosas usadas por la plebe y contrarias al índole de la lengua latina . Así dice Ciceron que la lengua griega y la latina se contaminaban con el lenguaje de los idiotas . *Confluxerunt enim in Athenas et in hanc civitatem multi inquinate loquentes.* Cic. pro orat.

(2) El arcaísmo es una locución viciosa y contraria á la sintaxis latina que tomaron los del populacho , y que eran traídas por los aldeanos de la Archaya : así como los solecismos eran toscas locuciones de la plebe de la ciudad de Solos , que pertenecian á una tribu de bárbaros .

## GRECISMO. (1)

Cui ne ullus pæne certavit. Dum novus est,  
etiam cœpto pugnemus amori. Desine cura-  
rum. Agrestium regaavit populorum. Nec me-  
mini, lætorve laborum. Sunt, quos pulverem  
olympicum collegisse juvat. Abstine irarum.

## HEBRAISMO. (2)

Castigans castigavit me Dominus. Plorans  
ploravit in nocte. Multiplicans multiplicabo  
semen tuum.

## GRADO SUPERLATIVO POR LA ADICCIÓN DE UN GENITIVO.

Rex regum , id est , potentissimus. Servus  
servorum , mancipium vilissimum. Princeps  
principum.... supremus Rex. Sancta sancto-  
rum.... locus sanctissimus. Vanitas vanita-  
tum... res vanissima.

---

(1) Las Musas griegas se trasladaron á los Liceos y Teatros de Roma. Con este motivo la lengua latina conserva muchos vestigios de la griega.

(2) Este es una versión literal de locuciones hebreas en latinas. He colocado los ejemplos de los *modismos* ó locuciones contrarias al índole de la lengua latina, para que se conozcan, no para que se imiten.

## SUPERLATIVO ABSTRACTO.

Ego sum veritas, id est, verissimus. *El tiempo presente le toman los Hebreos por el preterito, así como los Latinos por elegancia. Dormiens silerem cum regibus, qui ædificant. Hierusalem quæ ædificatur ut civitas. Dispersi eos per regna, quæ nesciunt.*

## EL PRESENTE POR FUTURO.

*Accedite ad me, et illuminamini.* (1)

---

(1) Las demás que se llaman figuras de sintaxis son solo nombres exóticos, esto es, voces ridículas y propias de la insulsa nimiedad de los gramáticos que corren tras de nombres pomposos y se dejan llevar de fruslerías y vagatelas.

*Grammatici certant et adhuc sub judice lis est.  
Hor.*

—019—  
**SUCINTA COLECCION**

DE

*versos armónicos y sencillos*

**PARA**

**INSPIRAR A LOS NIÑOS**

**EL GUSTO**

**DE LA POESIA LATINA**

**X**

**FACILITAR EL CONOCIMIENTO**

**DEL**

**ESTILO Y LENGUAJE**

**DEL VERSO.**

## ADVERTENCIA.

---

Los hombres en su primera sencillez fueron naturalmente poetas; sus leyes, su religion, sus historias se cantaban en verso. La primera poesía, por lo mismo que es muy sencilla y carece de los adornos de la prosa, no admite figuras é inversiones muy difíciles. Nuestros abuelos cantaban historias y romances en verso, aun antes que el lenguaje se hubiese formado, es decir, perfeccionado: tenían *bardos y trovadores*, así como los griegos tuvieron *rapsodistas*. Cuando las costumbres se afinan, resplandecen y campean hasta lo sumo la poesía y las artes: tal fue en Grecia el siglo de Pericles ilustrado por los Sófocles, los Eurípides y los Fidias; tal fué en Roma el de César y Augusto que vió florecer á Ciceron, Virgilio y Quinto Horacio Flaco.

He escogido aquella poesía de la lengua latina que, además de ser muy elegante y perfeccionada, imita la sencillez de las primeras edades.

La poesía tiene inversiones, voces y adornos propios y no admite las galas del prosaísmo, como son las conjunciones, fórmulas de transición y frases de sabor prosáico aunque brillantes en sí mismas; pero tiene arcaísmos, figuras y reticencias que excluye del todo la prosa. El mecanismo del verso, como que admite solo proporciones simétricas de cierta figura y cadencia, no puede acomodarse al tono suelto y libre de la prosa, como se puede observar en estos trozos escogidos.

1.<sup>o</sup>

## DEL ORIGEN DEL MUNDO. (1)

Ante mare & terras et, quod tegit omnia, cœlum

Unus erat toto naturæ vultus in orbe.

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan:  
Nec nova crescendo reparabat cornua Phebe.  
Quâque erat et tellus, illic et pondus et aer.  
Hanc Deus et melior litem natura (2) diremit,  
Nam coelo terras, et terris abscidit undas,  
Et liquidum spisso secrevit ab aere cœlum.

2.<sup>o</sup>

## DE LAS PRIMERAS EDADES.

Ver erat æternum, placidique tepentibus (3)  
auris

Mulcebant Zephiri natos sine semine flores.

(1) Ovidio hace la descripción del mundo en hermosa y sencilla poesía según la doctrina de la filosofía antigua. El verso imita la prosa familiar. El *Compendio del Catecismo explicado* enseña á los niños con mas exactitud la doctrina relativa á la creación del mundo.

(2) *Natura melior*: la naturaleza, obedeciendo á Dios, era poderosa; formaba el orden regular de las estaciones, deleitaba con su grande armonía y daba frutos espontáneos y agradables.

(3) *Tepentibus auris*: con el calor de los viente-citos ó airecillos suaves.

Mox etiam frugis tellus inarata ferebat.  
Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.  
Flumina jam lactis jam flumina nectaris ibant,  
Flavaque de viridi stillabant illice mella.  
Jupiter antiqui contraxit tempora veris,  
Perque hyemes aestusque, et inequaes autum-  
nos,  
Et breve ver spatiis exigit quatuor annum.  
Victa jacet pietas et virgo, eæde madentes  
Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.

3.º

DE LAS PARTES DEL AÑO. (1)

Poma dat autumnus, formosa est messibus æstas,  
Ver prævet flores, igne levatur hyems.  
Temporibus certis maturam rusticus uvam  
Colligit, et nudo sub pede musta fluunt.  
Temporibus certis desectas alligat herbas,  
Et tonsam raro pectine vertit humum.  
Vel tu venandi studium colle: sæpè recessit  
Júpiter à Phœbi victa sorore Vénus.  
¿Quæ tibi causa fugæ? non hic nova Troja re-  
surgit.  
Non aliquis socios Rhæsus ad arma vocat.

---

(1) Estos versos del dílicado *Ovidio* reunen las dotes de la buena poesia latina, naturalidad y armonia, versificación dulce, objetos pintorescos, riquezas de imágenes, finura de estilo, claridad y asombrosa sencillez.

Ne properes, oro: spatium pro munere poseo,  
¿Quid minus optari per mea vota potest?

4.<sup>o</sup>

### DE LAS FRUTAS.

Dum bene dives ager, dum rami pondere na-  
tant,  
Afferat in calato rustica dona puer.  
Afferat aut uvas, aut quas Amaryllis amabat,  
Et nunc castaneas, nunc amat illa nuces.  
Qui modò celabas monitu tua crimina nostro,  
Flecte iter, et monitu detege furtæ nostro.  
Illa Machaonios superant medicamina succos,  
His, ubi peccaris, (1) restituendus eris.

5.<sup>o</sup>

### DE LOS JUEGOS INOCENTES.

Et puer es, nec te quicquam nisi ludere oportet,  
Lude, decent animos mollia regna (2) tuos.  
Tu cole maternas, tuto quibus utimur, artes,  
Dulcia mendaci gaudia finge ludo.  
Aspice curvatos pomorum pondere ramos,  
Ut sua, quod peperit, vix ferat arbos onus.  
Aspice labentes jucundo murmure rivos,

---

(1) *Ubi peccaris:* cuando hayas hecho algun es-  
ceso en comer.

(2) *Regna mollia:* sencillas diversiones.

Aspice tondentes fertile gramen oves.  
Ecce petunt rupes, præruptaque saxa capellæ.  
Ut referant hædis ubera plena suis.  
Pastor inæquali modulatur arundine carmen,  
Nec desunt comites, sedula turba, canes.

6.º

### DE LA AGRICULTURA Y DEL CAMPO.

Pagus agat festum, pagum lustrate coloni,  
Et date paganis annua liba foci.  
Officium commune Ceres et Terra tuentur,  
Hæc præbet causam frugibus, illa locum.  
Frugibus inmensis avidos satiate colonos,  
Ut capiant cultūs præmia digna sui. (1)  
Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,  
Nec nova per gelidas herba sit usta nives.  
Cum serimus, cœlum ventis aperite serenis,  
Cum latet, æthereâ spargite semen aquâ.

7.º

### DE LA CODICIA DE LAS HORMIGAS Y DE LOS LABRADORES.

Vos quoque sujectis formicæ parcite granis,  
Post messem prædæ copia major erit.  
Hæc ego pro vobis, hæc vos optate coloni.

---

(1) *Cultūs sui*: de su cultivo, de sus afanes y sudores.

Efficiatque ratae utraque diva preces.  
Bella diu tenuere viros : erat aptior ensis  
Vomere , cedebat taurus arator equo.  
Sub juga bos veniat , sub terras semen aratas,  
Pax Cererem nutrit , pacis alumna Ceres.

8.<sup>o</sup>

DE LA NUEZ. (1)

¡O ego !, cum longæ venerunt tædia vitæ,  
Optavi quoties arida facta mori !  
Optavi quoties aut cæco turbine verti,  
Aut valido missi fulminis igne peti !  
Atque utinam subitæ raperent mea poma pro-  
cellæ,  
Vel possent fructus excutere ipsa meos.  
Sic ubi detracta est à te tibi causa pericli,  
Quod superest , tutum , Pontice Castor , habes.  
¿Quid tunc animi est , cum sumit tela viator ,  
Atque oculis plagæ destinal ante locum ?  
Si merui , videorque nocens , excidite ferro ,  
Nostraque fumosis urite membra foci .  
Si merui , videorque nocens , imponite flammæ ,  
Et liceat miseræ dedecus esse semèl .  
Si nec cur urar , nec cur excidar , habetis ,  
Parcite : sic cœptum perficiatis iter .

---

(1) Solo el genio festivo y chistoso de Ovidio hubiera producido unos versos tan sencillos, graciosos y bien construidos para divertir a los niños é inspirarles el gusto de la poesía latina en este género.

## DE LOS VICIOS MAS PERNICIOSOS.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,  
Uno namque modo vina, Venusque nocent.  
Ut Venus enerbat vires: sic copia Bacchi,  
Et tentat gressus, debilitatque pedes.  
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:  
Arcanum demens delegit ebrietas.  
Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido:  
Sæpe manus itidem Bachus ad arma vocat.  
Perdidit horrendo Trojam Venus improba bello:  
At Lapithas bello perdis, Iacche, gravi.  
Denique cum mentes hominum furiavit uterque,  
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.

## LA ESCESIVA COMPOSTURA DEL CUERPO DESPIERTA LAS MALAS PASIONES DEL CORAZON.

Non ego nequitiâ socialia fædera rumpam:  
Fama (vellim quæras) crimine nostra vacat.  
Venit amor gravius, quo serius: urimur intus  
Vrimur, et cæcum pectora vulnus habent.  
Scilicet ut teneros lædunt juga prima juvencos.  
Frænaque vix patitur de grege captus equus;  
Sic male, vixque subit primos rude pectus a-  
mores,

Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo.  
Ars fit, ubi à teneris crimen condiscitur annis,  
Quæ venit exacto tempore, pejus amat.  
Sint procul á nobis juvenes, ut fæmina, compti:  
Fine coli modico forma virilis amat.  
Te tuus iste rigor, positique sine arte capilli,  
Et levis egregio pulvis in ore decet.  
Sed bene consuluit casto Deus æquus amori:  
Ipse timor pretium corpore majus habet.

11.

LA LECTURA, LA MÚSICA  
Y LOS CUIDADOS DOMÉSTICOS QUITAN EL DESEO DE  
ILÍCITOS Y FALSOS PLACERES.

Totius est fovisse torum, legisse libellos,  
Threiciam digitis increpusse lyram.  
At si vana ferunt volucres mea dicta procel-  
læ; (1)  
Æqua tamen puppi sit Galatea tuæ.  
Tum mare in hæc majus proclinet littora Nereus;  
Hûc venti spectent: hûc agat Eurus aquas.  
Ipsa roges, Zephyri veniant in lintera (2) soli:  
Ipsa tuâ moveas turgida vela manu.  
Induat adversis contraria pectora telis  
Miles, et æternum sanguine nomen emat.  
Quærat avarus opes, et quæ lassarit arando

(1) PROCELLÆ VOLUCRES *los aires veloces.* Aquí se pinta la vida humana como un mar borrascoso.

(2) LINTEA *los lienzos de la nave.*

Æquora, perjuro naufragus ore bibat. (1)  
Primus ego aspiciam notam de littore pinum, (2)  
Et dicam, nostros advehit illa Deos.  
Atque aliquis nostro lacrimans in funere dicat:  
Conveniens vita mors fuit ista suæ.  
Et quispiam pia thura focis imponere curet;  
Gratia sic minimo magna labore venit.

12.

EL EJERCICIO INOCENTE DE LA CAZA  
Y LAS DISTRACCIONES DEL CAMPO RETRAEN EL  
ÁNIMO DE INJUSTOS PROPÓSITOS.

Ille ego musarum purus Phœbique sacerdos  
Ad rigidas canto carmen inane fores.  
Sed jam pompa venit: linguis, animisque fa-  
vete:  
Tempus adest plausûs: aurea pompa venit.  
Plaudite Neptuno, nimijum qui creditis undis:  
Nil mihi cum pelago: me mea terra tenet.  
Plaude tuo Marti miles; nos odimus arma:  
Pax juvat, et media pace repertus amor.

---

(1) *Bibat* el naufrago muere *bebiendo* el agua que le ahoga: esta es armonía imitativa que pinta un suceso real y verdadero, tomando de la naturaleza los principios de la armonía del estilo. Así nuestro HERRERA dice:

La abeja susurrando.

El trueno horrisonte *retumbando*.

(2) PINUM (sinedoche) la nave.

Auguribus Phœbus: Phœbe (1) venantibus ad-  
sit;

Artifices in te verte Minerva manus.

Ruricolæ Cereri, (2) teneroque assurgite Ba-  
cho : (3)

Pollucem pugiles: Castora placet eques.

Ipse sub arboreis vitabam frondibus æstum :

Fronde sub arborea sed tamen æstus erat.

Ecce petens variis immistas floribus herbas

Constitit ante oculos candida vacca meos.

Hūc levibus cornix pennis delapsa per auras

Venit, et in viridi garrula sedit humo.

Rura quoque oblectant animos, studiumque co-  
lendi,

Quælibet huic curæ cedere cura potest.

Colla jube domitos oneri supponere tauros,

Sauciet ut duram vomer aduncus humum.

Obrue versatà Cerealia semina terrâ,

Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.

Nunc leporem proum catulo sectare sagaci,

Nunc tua frondosis retia tende jugis.

Aut pavidos terre varia formidine cervos,

Aut cadat adversa cuspide fossus aper.

Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ

Excipit, et pingui membra quiete levat.

Tu tantum, quamvis firmis retinebere vinclis,

I procul, et longas carpere perge vias. (4)

---

(1) PHŒBE (metonimia) la luna.

(2) CERERI el pan.

(3) BACHO el vino.

(4) El último distico recomienda el paseo y el ejercicio corporal, base de la robusta salud.

43.

LA OCUPACION CONSTANTE  
FORTALECE EL CUERPO Y LOS SENTIDOS Y HACE  
ABORRECER LA OLGAZANERIA Y EL VICIO.

Otia si tollas, perierte Cupidinis (1) arcus,  
Contemlaque jacent et sine luce faces.  
Tam Vènus otia amat; qui finem quæris amo-  
ris,  
Cedat amor rebus; res age: tulus eris.  
Temporibus medicina valet: data tempore pro-  
sunt,  
Et data non apto tempore vina nocent.  
Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando,  
Temporibus si non agrediare suis,  
Principiis obsta: sero medicina paratur.  
Cum mala per longas convaluere moras.  
Cultus et in ponis succos enmendat acerbos:  
Fissaque adoptivas accipit arbor opes.  
Prima Ceres docuit turgescere semen in agris,  
Falce coloratas subsecuitque comas.

---

(1) Los antiguos suponian que CUPIDO, Dio-  
del amor, tenia arcos y flechas y pintaban al hombre  
como la víctima de sus iras y enojos. Los Profesores  
advertirán á los niños que los nombres de aquellas  
divinidades fabulosas significan ahora por metoni-  
mia los vicios ó pasiones que se les atribuian; por  
ejemplo: VENUS la libiandad ó luxuria, CUPIDO el  
amor impuro, &c. Tambien se traducen los nombres  
propios en su misma significacion.

Dum vires annique sinunt tolerare labores,  
Jam veniet tacito curva senecta pede.  
Vive pius: moriere pius: cole sacra: colentem  
Mors gravis à templis in cava busta trahet.

14.

EL ABUSO Y LICENCIA DEL TEATRO Y EL  
ESTRAVÍO DE LA POESÍA PERVIERTEN EL CORAZON.

At tanti tibi sit non indulgere theatris;  
Dum bene de vacuo pectore cedat amor.  
Enervant animos citharae, lotique, liræque,  
Et vox, et numeris brachia mota suis.  
Illic assidue siti saltantur amantes:  
Quid caveas actor, quid juvet, arte docet. (1)  
Eloquar invitus, teneros ne tange poetas;  
Summoveo dotes impius ipse meas.  
Callimachum fugito (2): non est inimicus amori:

---

(1) SAN CIPRIANO daba estas mismas razones, cuando aconsejaba á los reyes que quitasen los teatros ó reformasen los espectáculos de la escena. La corrupcion de Roma vino de la licencia de los teatros y en los pueblos modernos la *censura* reprimia esos excesos. Mas en el dia por desgracia el *romanticismo*, género absurdo y extravagante de nuestros visoños dragmaturgos, llegará á pervertir la sociedad, debilitar la moral pública, y degradar el carácter nacional. *Discit &c. facere, dum com-suevit ridere*, dice SAN CIPRIANO, hablando del peligro de corromperse en el teatro.

(2) CALIMACO, poeta lírico griego, compuso poemas obscenos.

Et cum Callimacho tu quoque Coë (1) noces.  
Me certe Sapho (2) meliorem fecit amicæ,  
Nec rigidos mores. Teia musa dedit.  
Carmina quis potuit tutò legisse Tibulli , (3)  
Vel tua , cujus opus Cynthia sola fuit?  
Quis poterit lecto durus discedere Gallo?  
Et mea nescio quid carmina tale sonant.

---

(1) Coë, poetisa griega, que escribió canciones amorosas muy perjudiciales á las costumbres públicas : estas canciones se cantaban en latin en los teatros de Roma.

(2) SAFO, ERINA, MYRO, MYRTIS, esposa de PINDARO, y CORINA, discípula de MYRTIS, cultivaron las musas griegas, no con tanta pureza como exijía la nobleza y reputacion de su sexo.

(3) TIBULO escribió *elegias amorosas* y no respetó el decoro. Pero MARCIAL puso en sus *epigramas* picantes y oscenos el colmo á la impudencia y desenfreno. El mismo OVIDIO mereció el destierro y la muerte civil por su *arte de amar*. JUVENAL fue castigado por sus *sátiras* de carácter lascivo ; y aun el sensato HORACIO FLACO escribió algunas *odas* que no debe leer la juventud. VIRGILIO, expresando aquella tierna sublimidad que forma el espíritu de su poesía, descubria no tan descaradamente el mismo instinto é inclinación á la liviandad. Los Profesores deben ser cautos y preservar á los jóvenes de los peligros que les cercan en la época de las pasiones, poniendo á su vista (con prudencia y talento) el horrible estrago de los vicios, para que los teman y los aborrezcan.

LA SABIDURIA ES FRUTO DEL TRABAJO,  
DE LA APLICACION Y DE LA CONSTANCIA.

Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci.  
Tempore lenta pati fræna docentur equi.  
Ferreus asiduo consumitur annulus usu:  
Interit assidua vomer aduncus humo.  
Quid magis est saxo durum? quid mollius unda?  
Dura tamen molli saxa cavitur aquâ.  
Gutta cavat lapidem non bis, sed sæpè cadendo:  
Itaque fit sapiens non bis, sed sæpè legendô.  
Nam juvat, et studium famæ mihi crescit honore:  
Principio clivi vester anhelat equus.  
Tantum se nobis Elegi debere fatentur,  
Quantum Virgilio nobile debet opus.  
Sed nimium properas: vivam modo, plura dolebis,  
Et capiant animi carmina multa mei.  
Ecce cibos etiam, medicinæ fungar ut omni  
Munere, quos fugias, quosve sequare, dabo. (1)

---

(1) Esta poesía no solo recrea las pasiones y la imaginación con imágenes y pinturas, sino que ilustra el entendimiento con una doctrina luminosa y eminentemente filosófica y moral. La persuasión y la verdad moral no causan menos encantos que las vivas impresiones del sentimiento ó los retratos risueños de la imaginación. La poesía filosófica hace amable la virtud, agradables las ocupaciones, suaves nuestros deberes y aun dulce la amargura de las penas de esta vida. La poesía filosófica y mo-

16.

LA GLORIA MILITAR CAUSA ENTUSIASMO  
Y PRODUCE EL HEROISMO.

Phœbus (1) adest: sonuere lyræ: sonuere pha-  
retræ:  
Signa deum (2) nosco per sua: Phœbus adest.  
Grata ferunt Nymphæ (3) pro salvis dona maritis:

---

ral conduce á los hombres á la práctica de las acciones saludables , pintando ya los horrores del vicio y de las pasiones desarregladas , ya el encanto y poderoso atractivo de la virtud. Su fin inmediato es persuadir con interés y agradable variedad. La colocacion gramatical de las palabras tiene tal sencillez que cada verso abraza una sentencia filosófica y una oracion clarísima , pero adornada con la armonia y brillo correspondiente.

(1) *FEBO el sol*: se toma por el dia.

(2) *DEUM Febo , el sol*: Dios que se anunciaba con los resplandores de su luz. Los jóvenes apenas pueden traducir los poetas latinos por muy sencillos que sean , sin el auxilio de la *mitología* y el conocimiento profundo de los *tropos*. A este fin pueden y deben leer el *compendio mitológico* del Padre JU-  
YENCIO y los *tropos* de Dumarsais traducidos por D. SANTIAGO GARCIA Y GARCIA.

(3) *NYMPHÆ quasi limpharum numina* deidades bienhechoras: aqui se toman ó entienden por esposas ó mujeres de los guerreros. La fiction y adorno poético se emplean tambien en la poesía moral y filosófica.

Illi victa suis Troica fata canunt.  
Mirantur justique senes trepidæque puellæ:  
Narrantis conjux pendet ab ore viri.  
Atque aliquis positâ monstrat fera prælia mensâ:  
Pingit et exiguo Pergama tota (1) mero.  
Hâc ibat simois, hâc est Sigeia tellus,  
Hâc steterat Priami regia (2) celsa senis.  
Illic Æacides, illic tendebat Ulyses:  
Hâc lacer admissos terruit Hector equos.  
Argolici rediere duces: altaria fumant:  
Ponitur ad patrios barbara præda Deos.

17.

LA GUERRA CAUSA TEMOR Y DAÑOS,  
DESTRUYE LA CONCORDIA PÚBLICA Y QUITA LA  
FELICIDAD Y QUETUD DOMÉSTICA.

Scirem ubi pugnares; et tantum bella timerem:  
Et mea cum multis juncta querela foret.  
Quid timeam ignoro: timeo tamen omnia demens:  
Et patet in curas area lata (3) meas.  
At lacrymas sine fine dedi, rupique capillos:

---

(1) PERGAMA TOTA las fortalezas y murallas de Troya.

(2) REGIA CELSA el soberbio y magnifico palacio del viejo PRIAMO.

(3) AREA LATA las grandes y anchas eras roban el cuidado de los labradores en el tiempo de la recoleccion de frutos. La guerra impide muchas veces el ejercicio de sus afanes y causa los disgustos de los sencillos agricultores.

Infelix iterum sum mihi visa capi.  
An miseros tristis fortuna tenaciter urget?  
Nec venit incœptis (1) mollior (2) hora meis?  
Tot tamen amissis, te compensavimus unum:  
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.  
Quin etiam fama est, cum crastina fulserit Eos,  
Te dare nubiferis linea vela notis.  
Si quis quærat, quare pugnare recuses:  
Pugna nocet: cithare, noxque, Venusque (3)  
juvant.  
Di melius (4) validoque precor vibrata lacerto  
Transeat Hectorem Pelias hastâ latus.  
Ah potius serves nostram, tua munera, vitam:  
Dum sumus in portu, provehat aura levis. (5)

18.

DE LA VIDA CAMPESTRE Y DE LA PAZ.

In nemus (6) ire libet, pressisque in retia cervis,

---

(1) INCOEPTIS *proyectos, ocupaciones.*

(2) MOLLIOR HORA *hora mas feliz.*

(3) VENUS *repose, la dulzura de la tranquilidad y paz doméstica entre los casados.*

(4) DI MELIUS: (*invocacion ó esclamacion poética*) ójala, permita ó quiera *Dios que seamos mas felices en lo sucesivo.*

(5) AURA LEVIS (*metáfora*) significando que la paz sustituya á la guerra y se reanime la agricultura y florezcan las artes.

(6) IN NEMUS *agrada ir al bosque ó monte, cojer ciervos con redes é incitar á los lijeros perros á*

Hortari celeres per juga summa canes;  
Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto,  
Aut in graminea ponere corpus humo.  
Sæpe juvat versare leves in pulvere currus  
Torquentem (1) frænis ora sequacis equi.  
Ista vetus pietas, ævo moritura futuro,  
Rustica, Saturno regna tenente, fuit.  
Pax aluit vites, & succos condidit uvæ,  
Funderet ut nato testa paterna merum.  
Pace videns, vomerque nitent; at tristia duri  
Militis in tenebris occupat arma situs.  
At nobis, pax alma, veni, spicamque teneto,  
Perfluat & pomis candidus antè sinus.

---

correr por las altas cuestas y empinados cotarros.  
El poeta quiere cautivar la imaginación del lector  
con imágenes sensibles y expresiones que manifiestan hechos agradables y ciertos.

(1) TORQUENTEM gusta al que tiene las riendas de un caballo brioso dar con ligereza algunas carreras por el polvo. Dice TORQUENTEM haciendo mas sensible la imagen del que refrena el caballo y le atormenta con el freno.

# FRAGMENTOS

DE LAS

## EGLOGAS Y GEORGICAS DE VIRGILIO.

---

DE LA EGLOG. 5.<sup>a</sup> (1)

INTERLOCUTORES MENALCAS Y MOPSO.

1.<sup>o</sup>

*Virgilio pinta la sencillez de la vida pastoril.*

*ME.* ¿Cur non, Mopse, (boni quoniam conve-  
nimus ambo,  
Tu calamos inflare leves, ego dicere versus)  
*Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos?*  
*MO.* Tu major: tibi me est æquum parere,  
Menalca.

---

(1) La poesía pastoril es sumamente agradable, porque recuerda la delicia de la infancia y de la juventud del mundo y de los hombres y lleva consigo la idea de la paz, de la felicidad y de la inocencia y presenta objetos muy poéticos y las bellezas de la naturaleza, arroyuelos, fuentes, prados, flores, árboles, zagalas é inocentes pastores. El lenguaje de esta poesía es sencillo, festivo y natural. Virgilio le hizo suave, sonoro y perfecto.

**ME.** Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

**MO.** Nunc sedeas, tu dic mecum quo carmine certes.

**ME.** Incipe, Mopse, prior, si quos aut Phyli-  
dis ignes,

Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.

Incipe: pascentes servabit Tityrus hædos.

**MO.** Sed tu desine plura, puer: successimus  
antro.

Jampridem Stimichon laudavit carmina nobis.

**ME.** Candidus insuetum miratur limen Olympi,  
Sub pedibusque videt nubes & sidera Daphnis.

Ante focum, si frigus erit, si mèssis in umbrâ,  
Vina novum fundam calathis Ariùsia nectar.

Cantabunt mihi Damætas, & Lyctius Egon:  
Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.

Dùm juga montis aper, fluvios dùm piscis ama-  
bit;

Dùmque thymo pascentur apes, dùm rore ci-  
cadae,

Semper honos, nomenque tuum, laudesque ma-  
nebunt.

Ut Baccho, Cererique, tibi sic vota quotannis  
Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis.

**MO.** Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine  
dona?

**ME.** Hac te nos fragili donabimus antè cicutâ.

**MO.** Ac tu sume pedum, (1) quod, me cùm  
sæpè rogaret,

---

(1) PEDUM la cayada ó baston de pastor.

Non tulit Antigenes, (& erat tum dignus amari),  
Formosum (1) paribus nodis, atque ære, Me-  
nalca.

2.<sup>o</sup>

## DE LAS GEORGICAS, LIB 1.<sup>o</sup>

*Virgilio pinta la invencion de las artes.*

Ante Jovem (2) nulli subigebant arva coloni;  
Nec signare quidem aut partiæ limite campum  
Fas erat: in medium quærebant (3): ipsaque  
tellus

Omnia liberiùs, nullo poscente, ferebat.

Ille (4) malum virus serpentibus addidit atris,  
Prædarique lupos jussit, pontumque moveri:  
Mellaque decussit foliis, ignemque removit;

---

(1) FORMOSUM *la hermosa cayada* por la igualdad de los nudos y chapas de cobre.

(2) ANTE JOVEM en el feliz reinado de Saturno que la mitología pinta como el tiempo dichoso de los mortales, *la edad de oro*, antes que Júpiter tomase el *cetro del mundo*.

(3) IN MEDIUM QUÆREBANT repartian entre todos los frutos abundantes de la tierra.

(4) ILLE, JÚPITER, dueño absoluto del mundo, se hizo adorar, é hizo nacer entre los hombres las fragilidades y los errores; es decir, que la virtud aun reinaba en la tierra, pero sin tanto imperio como en el siglo precedente, en que gobernó al mundo su padre SATURNO. El poeta retrata de este modo la sucesiva corrupcion de los hombres, el aumento de sus necesidades y la invencion de las artes.

Et passim rivis currentia vina repressit:  
Ut varias usus meditando extunderet artes  
Paullatim, et sulcis frumenti quæreret herbam:  
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.  
Tum variæ venère artes: *Labor omnia vincit*  
*Improbos, et duris urgens in rebus ejestas.*  
Prima Ceres ferro mortales vertere terram  
Instituit: cum jam glandes atque arbuta sacræ  
Deficerent silvæ, et victimum (1) Dodona negaret.

3.\*

*Virgilio da reglas á los labradores describiendo la variedad de las estaciones y la bella armonia del campo.*

Quòd, nisi et assiduis terram insectabere rastris,  
Et sonitu terrebis aves, et ruris opaci  
Falce premes umbras, votisque vocaveris im-  
brem,  
Heu, magnum alterius frustra spectabis acer-  
vum,  
Concussâque famem in silvis solabere quercu.  
Tum cornix plenà pluviam vocat improba voce,  
Et sola in siccâ secum spatiatur arenâ.  
Apparet liquido sublimis in aere Nisus,  
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.  
Luna revertentes cùm primúm colligit ignes,  
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,

---

(1) VICTUM DODONA. *Dodona*, diosa de la bellota, Ninfa del bosque de Caonia, consagrada á Júpiter, negaba el alimento á los mortales.

Maximus agricolis, pelagoque parabitur im-  
ber.

At si virgineum suffuderit ore ruborem,  
Ventus erit, vento semper rubet aurea Phœbe. (1)  
Sol quoque et exoriens, et cum se condet in  
undas,  
Signa dabit: solem certissima signa sequuntur.  
Heu, malē tum mites defendet pampinus uvas:  
Tam multa in tectis crepitans salit horrida  
grando.

Scilicet et tempus veniet, cum, finibus illis,  
Agricola, incurvo terram molitus aratro,  
Exesa inveniet scabra rubigine pila:  
Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanes,  
Grandiaque effosis mirabitur ossa sepulchris.

*Virgilio aconseja á los labradores á dar el cultivo propio y á tiempo, lib. 2.*

Quare agite, ò, proprios generatim discite  
cultus,  
Agricolæ, fructusque feros mollite colendo:  
Neu segnes jaceant terræ: juvat Ismara Baccho  
Conserere, atque oleâ magnum vestire Tabur-  
num.

Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:  
Nunc altæ frondes et rami matris opacant,  
Crescentique adimunt sœtus, uruntque ferentem,

---

(1) Ovidio apoya esta opinion, diciendo: *Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.*

Pomaque degenerant succos oblita priores,  
Et turpes avibus prædam fert uva racemos.  
Bacchus amat colles: Aquilonem et frigora Ta-

xi. (1)

Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto  
Discimus: haud umquam manibus jactata fa-  
tiscit,  
Sed, picis in morem, ad digitos lentescit ha-  
bendo.

Humida majores herbas alit, ipsaque justo  
Laetior: ah! nimiū ne sit mihi fertilis illa,  
Neu se prevalidam primis ostendat aristis.  
Quæ gravis est, ipso tacitam se pondere prodit.  
Collibus, an plano melius sit ponere vitem,  
Quære priūs: si pinguis agros metabere campi.  
Densa sere: in denso non segnior ubere Bacchus.  
Sin tumulis acclive solum, collesque supinos,  
Indulge ordinibus: nec secius omnis in unguem  
Arboribus positis secto via limite quadret.  
Forsitan, & scrobibus quæ sint fastigia, quæras:  
Ausim vel tenui vitem commitere sulco:  
Altior, ac penitus terræ defigitur arbos.  
Æsculus in primis: quæ quantūm vertice ad  
auras  
Æthereas, tantūm radice in Tartara tendit.  
Ergo non hiemes illam, non flabra, neque im-  
bres  
Convellunt: immota manet, multosque per an-  
nos

---

(1) *Taxi los tejos, árboles parecidos á los abetos.*

Multa virūm volvens durando sæcula vincit.  
Tum fortis latē ramos , et brachia tendens  
Hūc illūc , media ipsa ingentem sustinet um-  
bram.

Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem:  
Neve inter vites corylum sere , neve flagella  
Summa pete , aut summa destringe ex arbore  
plantas:

(Tantus amor terræ ) neu ferro læde retuso  
Semina: neve oleæ silvestres insere truncos.  
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,  
Qui furtim pingui primū sub cortice tectus  
Robora comprehendit , frondesque elapsus in altas  
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde seculus  
Per ramos victor , perque alta cacumina regnat,  
Et totum involvit flammis nemus , et ruit alram  
Ad cœlum piceâ crassus caligine nubem:  
Præsertim si tempestas à vertice silvis  
Incubuit , glomeratque ferens incendia ventus.

*Virgilio pinta la constante sucesion de las esta-  
ciones y la felicidad de los labradores y la vida  
rústica de los fundadores de Roma.*

Rura gelu tum claudit hiems: nec semine jacto  
Concretam patitur radicem affigere terræ.  
Prima vel autumni sub frigora, cum rapidus sol  
Nondum hiemem contingit equis , jam præterit  
æstas.

Ver adeó frondi nemorum , ver utile silvis:  
Vere lument terræ et genitalia semina poscunt,  
Tum ,pater omnipotens fœcundis imbribus  
Æther

Conjugis in gremium lætæ descendit; et omnes  
Magnus alit, magno commistus corpore, fœtus,  
Avia tum resonant avibus virgulta canoris,  
Parturit almus ager: Zephyrique tepentibus  
auris  
Laxant arva sinus: superat tener omnibus hu-  
mor;  
Inque novos solens audent se gramina tutó  
Credere; nec metuit surgentes pampinus Aus-  
tros,  
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbre:  
Sed trudit gemmas, et frondes explicat omnes.  
Non alios primâ crescentis origine mundi  
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem  
Crediderim: ver illud erat: ver magnus agebat  
Orbis, et hibernis parcebant flatibus Euri:  
Cum primæ lucem pecudes hausere, virūmque  
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,  
Immissæque feræ silvis, et sidera cœlo.  
*O fortunatos nimium, sua si bona norint,*  
*Agricolas!* quibus ipsa procul discordibus armis  
Fundit humo facilem victum justissima tellus.  
Casta pudicitiam servat domus; ubera vaccæ  
Lactea demittunt; pinguesque in gramine læto  
Inter se adversis luctantur cornibus hœdi.  
Ipse dies agitat festos, fususque per herbam,  
Ignis ubi in medio, (1) et socii craterâ coronant,  
Te libans, Lenæe, vocat, peccorisque magistris  
Velocis jaculi certamina ponit in ulmo:

---

(1) IGNIS el fuego con que se hacian los sacrificios.

Corporaque agresti nudant prædura palestrâ.  
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,  
Hanc Remus, et frater: sic fortis Etruria crevit:  
Scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma,  
Septemque una sibi muro circumdedit arces.  
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, et ante  
Impia quâm cæsis gens est epulata juvencis,  
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.  
Necdum etiam audierant inflari classica; nec-  
dum  
Impositos duri crepitare incudibus enses.  
Sed nos immensum spatiis confecimus (1) æquor  
Et jam tempus (2) equum fumantia solvere  
colla.

---

(1) CONFECIMUS hemos desempeñado una tarea vasta en corto espacio, explicando la teoria de la agricultura.

(2) TEMPUS (*suple est*) SOLVERE, esto es, SOLVENDI es tiempo de poner fin á esta grave y delicada tarea. Este es lenguaje figurado adornado con imágenes y metáforas.

ODA SESTA  
DE  
**QUINTO HORACIO FLACO**  
**A LOS ROMANOS.**

---

*Horacio les decia que el desprecio de la religion y la corrupcion de costumbres eran las causas de las desgracias que habian affligido á Roma.*

Delicta majorum inmeritus (1) lues,  
Romane, dones templa refeceris, (2)  
Ædesque labentes Deorum, et  
Fœda nigro simulacra sumo. (3)

---

(1) IMMERTUS sin merecerlo.

(2) DONEC mientras no compongas los templos.  
El poeta atribuia la prosperidad de las cosas humanas al infljo del principio religioso.

(3) Los niños solo pueden traducir gramatical y literalmente ó como vulgarmente se dice, *palabra por palabra* el testo de Quinto Horacio Flaco. El profesor debe hacer despues las advertencias oportunas para manifestarles el pensamiento del poeta, teniendo presente ó consultando á este fin la interpretacion latina *ad usum delphini* y la hermosa traduccion en verso hecha por D. FRAN-

Dis te minorem quòd geris, imperas:  
Hinc omne principium, huc refert exitum.  
Di multa neglecti dederunt  
Hesperiæ mala luctuosæ. (1)

Jam bis Monæses et Pacori manus  
Non auspicatos contudit impetus  
Nostros, et adjecisse prædam  
Torquibus exiguis renidet.

Pene occupatam seditionibus  
Delevit urbem Dacus et Æthyops;  
Hic classe formidatus, ille  
Missilibus melior sagittis.

Fœcunda culpæ secula nuptias  
Primūm inquinavere, et gēnus, et domos;  
Hoc fonte derivata clades  
In patriam, poqulumque fluxit. (2)

---

CISCO JABIER BURGOS. Este hombre sabio traduce así :

Romanos, las maldades  
De padres espiareis endurecidos,  
Mientras de las deidades  
No repareis los templos derruidos,  
Y de Júpiter sumo  
Los simulacros que ennegrece el humo.

(1) HESPERIÆ LUCTUOSÆ. La triste Italia á quien los griegos llamaban Hesperia, como tambien á España pagaba el desprecio de las cosas llamadas entonces *santas*.

(2) Es admirable el respeto que aun los gen-

Motus doceri gaudet jonicos  
Matura virgo, et singitur artibus  
Jam nunc, et incestos amores  
De tenero meditatur ungui;

Damnosa quid non imminuit dies?  
Ætas parentum, pejor avis, tulit  
Nos nequiores, mox datus  
Progeniem vitiosiorem.

---

tiles tenian al *principio religioso*. La viva pintura que hace el poeta de la corrupcion de Roma, y el origen que le atribuye, manifiesta que ninguna nacion, ni republica, ni gobierno puede sostenerse y prosperar, si no le ayudan *la religion y las buenas costumbres*.

..... Quid leges sine moribus  
Vane proficiunt? .....

FIN:

# FE DE ERRATAS.

---

Pág.	Lin.	Dice.	Léase.
9	4	impedium	impediunt.
41	10	landandus	laudandus.
60	6	caussa	causa.
61	16	non ego	non nego.
62	16	hagas	agas.
68	26	arrexis	arrexit.
83	21	pertismescenda	petimescenda.
88	13	preclare	præclare.
108	6	vicintiatibus	vicinitatibus.
109	2	idsensissimus	infensissimus.
115	16	novis	nobis.
116	19	surorem	sororem.
128	22	comtemnenda	contemnenda.
134	1	milittes	milites.
162	12	nabit	nobis.
168	17	conmisetur	commisetur.
174	16	misserunt	miserum.



3.

**3.728**